MANUALE HERMETICUM SIVE INTROITUS QUADRIFORIS IN MAGNUM...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
18 A
31

14-25.B.36

MANUALE HERMETICUM

ſive

INTROITUS QUADRIFORIS

in magnum Philoſophorum opus, & Menſtrui univerſalis,

ſive

LIQVORIS ALCAHEST

ſcrutinium.

Progenuinis Hermeticæ Philoſophiæ amatoribus

collectum & propriis ſumptibus vulgatum

à

W. S. D. C. P. C.

WOLFERBYTI,

Typis JOHANNIS & HEINRICI Sterniorum.

ANNO M. DC. LV.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITT. EMANUELE

SERENISSIMO AC CELSISSIMO PRINCIPI ET DOMINO,

DN.
FRIDERICO,
NORVVEGIÆ HÆREDI, DUCI SCHLESVVICI, HOLSATIAE, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITI IN OLDENBURG ET DELMENHORST,

Dn. ſuo clementiſſimo,

D.D. humilimè

W.S.D.

SERENISSIME PRINCEPS,

SEriò diſpiciens, cui in Germania, omnium liberalium artium benigna matre, PRINCIPI, Hermeticum hoc manuale offerrem, præter TE, NORVVEGIAE HAEREDEM CELSISSIMUM, verum in Europa Triſmegiſtum, non inveni digniorem.

Etenim ſi ortum è REGIBUS tuum, ſi pietatis rarioris ornatum, ſi polydædalæ in TE ſcientiæ ornamentum propiùs conſidero, num Hermetem Ægyptium ter maximum famâ & felicitate ſuperes, an æques, ambigo.

Anti-

Antiquitas olim Deorum nomina eorumdem fanis & delubris, majoris cultus & reverentiæ cauſa, inſcribebat: ego verò auguſti tui Nominis rubricam huic præfigere volui manuali, ut lemniscatum magis in publicum prodiret, & ſub illuſtri hujus hæderæ præfixo magis eſſet vendibile.

Quàm benè autem hos hermos, cuivis ſagaci Philoſopho in Heſperidum hortos viam monſtrantes, in vicem aptaverim, tuum, Celsissime Princeps, eſt judicare, qui non tantùm in menſa Solis quotidiè epularis, ſed & multos in Labore Sophiæ mæandros ſuperaſti; & ſi quid fortean impedimentorum Tibi in iſta adhuc reſtet via, hisce genuinis Antiquitatis Consiliariis & Deoret is iſta facilè removebis, ut impoſterum ad

unum illud & REGIBUS, & Sacerdotibus & philoſophis neceſſarium, AURUM POTABILE, verum vitæ labilis reſtaurativum, inoffenſo pergere poſſis pede. HIS, SERENISSIME PRINCEPS, benè vale, & hoc Granatum pomum Hermeticum ſereno recipe vultu. Dabam ex Muſæo ad Procopium.

Ad benevolum Lectorem.

VBiq; hodiè locorum in univerſa ferè Europa, poſt mortem J. B. à Helmont, Brabanti per ignem philoſophi, clamant & vociferantur: LIQVOR ALCAHEST, LIQVOR ALCAH: imò non ſolùm clamant, ſed & multi hinc inde falſarij, ſub variis proceſſuum involucris venum expoſuêre; & adhuc exponunt, quò incautos auri ſacra fame marcidos, proh nimium credulos! facilè inescant & ſpe vana eludunt. Huic fraudi & fucis obviam ire & obicem ponere, jamdudum fuiſſet candoris Chriſtiani; quoniam verò ingenioſa olim Germania ſub agyrtarum & ſciolorum vexillis hodiè ſtipendia meretur; & vix milleſimus centeſimus eſt, qui

magnum

magnum Philoſophorum opus, donum Dei maximum, precibus & ſcrutinio condignis ambiat & tractet, ideo rotantur ſpiritu vertiginis, & demum, juſto judicio, ſenſibus reprobis traduntur. Huic ſtupori medendo Quadrum-Viros hoſce, partim ANTIQVITATIS PATRES, *partim modernos, meis conſcripſi ſumptibus, ut cauſam tam ſumptuoſam audiant, cognoscant & juſtam ex experientia dicant ſententiam. Tu boni conſule, & ſi quid hic deeſt, ex aliis bonæ notæ Philoſophis ſupple. Bene vale.*

ARTE-

ARTEPHII

Antiquiſſimi Philoſophi de arte occulta atq; Lapide Philoſophorum

LIBER SECRETUS.

ANtimonium eſt de partibus Saturni & in omnibus modis habet naturam ejus; & antimonium Saturninũ convenit auro; & in eo eſt argentum vivum, in quo non ſubmergitur ullum aliud metallum, niſi aurum ſubmergitur ferè totum in argento vivo antimoniali Saturniali, & ſine illo argento vivo aliquod metallum dealbari non poteſt. Dealbat ergò Latonem, hoc eſt, aurum, & reducit corpus perfectum in ſuam primam materiam, hoc eſt, in Sulphur & argentũ vivum albi coloris & plusquam ſpeculum ſplendentis, diſſolvit, inquam, corpus perfectum, quod eſt de ſua natura. Nam illa aqua eſt amicabilis, & metallis placabilis, dealbans aurum, quia continet argentum vivum album. Et ex hoc maximum elicias ſecretũ, videlicet quod aqua antimonii ſaturnini debet eſſe mercurialis & alba, ut dealbet aurum, non urens, ſed diſſolvens & poſtea ſe congelans in formam cremoris

albi. Ideo dicit philoſophus, quod aqua iſta facit corpus volatile propterea, quod poſtquam in hac aqua diſſolutum fuerit & infrigidatum, aſcendit ſuperius in ſuperficie aquæ. Recipe, inquit, aurum crudum, foliatum ſeu laminatum, aut per Mercurium calcinatum, & ipſum pone in aceto noſtro antimoniali Saturniali Mercuriali, & ſalis armoniaci Naturæ, ut dicitur, in vaſe vitreo, lato & alto quatuor digitorum, vel plus, & dimitte ibi in calore temperato, & videbis brevi tempore elevari quaſi liquorem olei deſuper natantem in modum pelliculæ, collige illud cũ cochleari vel penna, & ſic pluribus vicibus in die collige, donec nihil amplius aſcendat, & ad ignem facies evaporare aquam, hoc eſt, ſuperfluam humiditatem aceti, & manebit tibi quinta eſſentia auri in modũ olei albi incombuſtibilis, in quo oleo philoſophi poſuerunt maxima ſecreta, & hoc oleum habet dulcedinem maximã, & valet ad mitigandos dolores vulnerum. Eſt igitur totum ſecretum iſtius ſecreti antimonialis, ut ſciamus extrahere argentum vivũ de corpore Magneſiæ non urens; & hoc eſt antimonium & ſublimatum ☿riale, hoc eſt, oportet extrahere unam aquã vivam incombuſtibilem, dein illam congelare cum corpore perfecto auri, quod inibi diſſolvitur in naturam & ſubſtantiam albam congelatã, ac ſi eſſet cremor, & totum evenit album Sed prius aurum iſtud in ſua putrefactione & reſolutione in hac aqua in principio amittet lumen ſuum, obſcurabitur & nigreſcet, demum elevabit ſe ſuper aquam, &

paulatim illi albus ſupernatabit color in ſubſtantiam albam,& hoc eſt dealbare latonem rubeum, cum Philoſophice ſublimare & reducere in ſuam primam materiam, hoc eſt, in Sulphur album incombuſtibile & in argentum vivum fixum, & ſic humidum terminatum, hoc eſt aurum, corpus noſtrum, per reiteratione liquefactionis in aqua noſtra diſſolutiva convertitur & reducitur in Sulphur & ☽m vivum fixum; & ſic corpus perfectum auri accipit vitam in tali aqua, vivificatur, inſpiratur, creſcit & multiplicatur in ſua ſpecie ſicut res cæteræ. Nam in ipſa aqua corpus ex duobus corporibus ☉lis & ☽æ fit, ut inflетur, tumeat, ingroſſetur, elevetur & creſcat, accipiendo ſubſtantiam & naturam animatam & vegetabilem. Noſtra etiam aqua ſeu acetum ſupradictum eſt acetum montium, hoc eſt, ☉lis & ☽æ, & ideo miſcetur ☉i & ☽æ, illisq; adhæret in perpetuum, ac corpus ab illa accipit tincturam albedinis, & ſplédet cum ea fulgore inæſtimabili. Qui ſciverit itaq; convertere corpus in argentum album medicinale, de facile deinde poterit convertere per iſtud aurum album omnia metalla impetfecta in optimum ☽m finum. Et iſtud ☉m album dicitur à Philoſophis ☽a alba philoſophorum, argentum vivum album, fixum, aurum alchymiæ & fumus albus. Ergo ſine illo aceto noſtro ♁niali aurum album alchymiæ non fit. Et quia in aceto noſtro ♁li duplex eſt ſubſtãtia ☽ vivi, una ex ♁, altera ex ☿o ſublimato, & ideo dat duplex pondus & ſubſtantiam

tiam ☽i vivi fixi, & augmentat etiam in eo ſuum nativum colorem, pondus, ſubſtantiam & tincturã. Noſtra igitur aqua diſſolutiva portat magnam tincturam, magnamq; fuſionem propterea, quod quando ſentit ignem communem, ſi in ea eſt corpus perfectum ☉is vel ☽æ, ſubito illud fundi facit & liquefieri & converti in ſuam ſubſtantiam albam, ut ipſa eſt, & addit colorem, pondus & tincturam corpori. Eſt etiam Solutiva omnium liquabilium, & eſt aqua ponderoſa, viſcoſa, pretioſa & honoranda, reſolvens omnia corpora cruda in eorum primam materiam, hoc eſt, in terram & pulverem viſcoſum ſive in ſulphur & ☽m vivũ.

Si ergò poſueris in illa aqua quodcumq; metallum limatũ vel attenuatum, & demittas per tempus in calore leni, diſſolvetur totum & vertetur in aquam viſcoſam ſive oleum album, ut dictum eſt. Et ſic mollificat corpus & præparat ad fuſionem & liquefactionem; imò facit omnia fuſibilia, lapides & metalla, & poſtea dat illis Spiritum & vitam. Diſſolvit ergò omnia ſolutione mirabili, convertens corpus perfectum in medicinam fuſibilem, fundentem, penetrantem & magis fixam, augens pondus & colorem. Operare ergò cum ea, & conſequeris, quod deſideras ab ea. Nam eſt ſpiritus & anima ☉is & ☽næ, oleum & aqua diſſolutiva, fons, balneum Mariæ, ignis contra naturam, ignis humidus, ignis ſecretus, occultus & inviſibilis, atque acetum acerrimum, de quo antiquus quidam Philoſophus dicit: Rogavi dominum,

num,

num, & oſtendit mihi unam aquam nitidam, quam cognovi eſſe purum acetum, alterans, penetrans & digerens; acetum, inquam, penetrativum & inſtrumentum movens ad putrefaciendum, reſolvendum & reducendum ☉m & ☽m in ſui primam materiam, & eſt unicum agens in toto mundo in hac arte, quod videlicet poteſt reſolvere & reincrudare corpora metallica ſub conſervatione ſuæ ſpeciei. Eſt igitur ſolum medium aptũ & naturale, per quod debemus reſolvere corpora perfecta ☉is & ☽æ mirabili & ſolenni ſolutione ſub conſervatione ſuæ ſpeciei, & absq; ulla deſtructione niſi ad novam, nobiliorem & meliorem formam ſive generationem, ſcilicet in lapidem perfectum Philoſophorum, quod eſt ſecretum & arcanum eorum mirabile.

Eſt autem aqua illa media quædam ſubſtantia clara ut ☽m purum, quæ debet recipere tincturas ☉is & ☽æ, ut congeletur & convertatur in terram albam vivam. Iſta enim aqua eget corporibus prefectis, ut cum illis poſt diſſolutionem congeletur, & coaguletur, fixetur in terram albam. Solutio autem illorum eſt congelatio illorum. Nam unam & eandem habent operationem, quia non ſolvitur unum, quin congeletur & alterum: Nec eſt alia aqua, quæ poſſit diſſolvere corpora, niſi illa, quæ permanet cum eis in materia & forma: imò permanens eſſe non poteſt, niſi ſit ex alterius natura, ut fiant ſimul unum. Cum videris igitur aquam coagulare ſeipſam cum corporibus in ea

ſolutis, ratus eſto, ſcientiam, methodum & operationes tuas eſſe veras & Philoſophicas, teq; in arte rectè procedere. Ergo natura emendatur in ſua conſimili natura, hoc eſt, ☉m & ☽m in noſtra aqua emendantur, & aqua etiam cũ ipſis corporibus, quæ etiam dicitur medium animæ, ſine quo nihil agere poſſumus in iſta arte, & eſt ignis vegetabilis, animalis & mineralis, conſervativus ſpiritus fixi ☉i & ☽i, deſtructor corporum & victor. Quia deſtruit, diruit atq; mutat corpora & formas metallicas, facitq; illas non eſſe corpora, ſed ſpiritum fixum, illasq; convertit in ſubſtantiam humidam, mollem & fluidam, habentem ingreſſum & virtutem intrandi in alia corpora imperfecta & miſceri cum eis per minima, & illa tingere & perficere, quod quidem non poterant antea, cum eſſent corpora metallica ſicca & dura, quæ non habent ingreſſum neq; virtutem tingendi & perficiendi imperfecta. Benè igitur corpora convertimus in ſubſtantiam fluidam, quia unaquæq; tinctura plus in milleſima parte tingit in liquida ſubſtantia & molli, quam in ſicca, ut patet in croco. Ergo tranſmutatio metallorum imperfectorum eſt impoſſibilis fieri per corpora perfecta ſicca, niſi prius reducantur in primam materiam, mollem & fluidam. Ex his oportet, quod revertatur humidum & reveletur abſconditum. Et hoc eſt reincrudare corpora, hoc eſt, decoquere & mollire, donec priventur corporalitate dura & ſicca. Quia ſiccum non ingreditur,

tur, nec tingit: quia non intrat, ergo non alterat. Idcirco non tingit ☉m, donec ſpiritus ejus occultus extrahatur è ventre ejus per noſtram aquam albam, & fiat omninò ſpiritualis & albus fumus, albus Spiritus & anima mirabilis. Quare debemus per aquam noſtram perfecta corpora attenuare, alterare & mollificare, ut deinde miſceantur cæteris corporibus imperfectis. Unde ſi aliud beneficium non haberemus ab illa aqua ☿li, niſi quod reddat corpora ſubtilia, mollia & fluida ad ſui naturam, ſufficeret nobis. Nam reducit corpora ad primam originem ſulphuris & ☽i vivi, ut ex his poſtea in brevi tempore, minus quam in hora diei, faciamus ſuper terram, quod natura operata eſt ſubtus in mineris terræ in mille annis, quod eſt quaſi miraculum.

Eſt igitur finale ſecretum, per aquam noſtram corpora facere volatilia & ſpiritualia, & terram tingentem, habentemque ingreſſum. Facit enim corpora merum eſſe ſpiritum: Quia incerat corpora dura & ſicca & præparat ad fuſionem, hoc eſt, convertit in ▽m permanentem. Facit ergo ex corporibus oleum precioſiſſimum, benedictum, quod eſt vera tinctura & aqua permanens alba, de natura calida & humida, temperata, ſubtili & fuſibili ut cera, quod penetrat, profundat, tingit & perficit.

Aqua ergo noſtra in continẽti ſolvit ☉m & ☽m

&fa-

& facit oleum incombuſtibile, quod tunc poteſt commiſceri aliis corporibus imperfectis. Nam ▽ noſtra convertit corpora in naturam ſalis fuſibilis, qui dicitur ſal Alembrot Philoſophorum, omnium ſalium melior & nobilior, in regimine fixus, non fugiens ignem: Et ipſe quidem eſt oleum de natura calida, ſubtile, penetrans, profundans, & ingrediens, dictus Elixir completũ & ſecretum occultum ſapientum alchymiſtarum. Qui ſcit ergò hunc ſalem ☉is & ☽næ & ejus generationem & præparationem, & poſtea ipſum commiſcere & amicari cæteris corporibus imperfectis, ſcit profectò unum de ſecretis naturæ maximum, & viam perfectionis unam. Hæc corpora ſic ſoluta per aquam noſtram dicuntur ☽m vivum, quod non eſt ſine ſulphure; nec ſulphur ſine natura luminariũ. Quia luminaria ſunt principalia media in forma, per quæ natura tranſit, perficiendo & complendo ſuam generationem; & iſtud ☽m vivum vocatur ſal honoratum & animatũ, & prægnans, & ignis; cum non ſit niſi ignis, nec ignis niſi ſulphur, nec ſulphur niſi ☽m vivum extractum à ☉e & ☽na per ▽m noſtram, & reductum in lapidem alti precii, hoc eſt, eſt materia alterata luminarium & mutata de vilitate in nobilitatem. Nota, quod ſulphur illud album ſit pater metallorum & mater, Mercurius noſter & minera ☉i, & anima & fermentum, & virtus mineralis, & corpus vivum, & medicina perfecta, & ſulphur & ☽m vivum noſtrum, hoc eſt, eſt ſulphur de ſulphure, & ☽m vivum de ☽o vivo, & ☿us de ☿o.

Pro-

Proprietas ergo ▽æ noſtræ eſt, quod liquefacit ☉m & ☽m, & augmentat in eis nativum colorem. Convertit enim corpora à corporalitate in ſpiritualitatem, & ipſa eſt, quæ immittit in corpus fumum album, qui eſt anima alba, ſubtilis, calida, multæ igneitatis. Hæc ▽ dicitur etiam Lapis ſangvinalis, & etiam virtus ſpiritualis ſangvinis, ſine quo nihil fit, & ſubjectum omnium liquabilium, quod multum ☉i & ☽æ convenit & adhæret, nec ſeparatur ab eis, & eſt valdè affinis ☉i & ☽æ, ſed magis ☉i, quam ☽æ. Dicitur etiam medium conjungendi tincturas ☉is & ☽æ cum metallis imperfectis. Nam ▽ hæc convertit corpora in veram tincturam ad tingenda reliqua imperfecta, & eſt ▽, quæ dealbat ut eſt alba, quæ vivificat ut eſt anima, & ideo corpus ſuum citò ingreditur ait Philoſophns. Nam eſt ▽ viva, quæ venit ſuam irrigare terram, ut germinet & fructum producat in tempore ſuo. Nam ex roratu omnia ex terra naſcentia generantur. Terra ergò non germinat absq; irrigatione & humiditate aquæ roris Maji, ipſa abluit corpora tanq; pluviali, penetrat & dealbat, ac facit corpus novum ex duobus corporibus. Aqua illa vitæ gubernata cum corpore ipſum dealbat, convertens ipſum in ſuum colorem album. Illa namq; aqua fumus albus eſt, ideo cum illa dealbatur corpus. Oportet ergò de albare corpus & rumpere libros, & inter illa duo, hoc eſt, corpus & ▽m eſt libido & ſocietas ut maris & fœminæ, propter naturæ propinqvitatem. Nam △

noſtra viva ſecunda dicitur Azoth abluens Latonem, hoc eſt, corpus compoſitũ ex ☉o & ☽a per ▽m noſtram primam: dicitur etiam anima corporum ſolutorũ, quorum animas jam ſimul ligavimus, ut ſerviant ſapientibus philoſophis. Quantum ergò precioſa & magnifica eſt hæc ▽a? Nam absq; illa opus non poſſet perfici. Dicitur etiã vas naturæ, uterus, matrix, receptaculũ tincturæ, terra & nutrix, & eſt fons, in quo ſe lavant Rex & regina, & mater, quam oportet poni & ſigillari in ventre ſui infantis, qui eſt ſol, qui ab ea proceſſit, & illa ipſum parturiit, ideo ſe mutuo amant & diligunt ut mater & fili⁹, & conjunguntur ſimul, quia ab una & eadem radice venerunt, & ejusdẽ ſubſtantiæ & naturæ ſunt. Et quoniam ▽ iſta eſt ▽ vitæ vegetabilis, ideo ipſa dat vitam & facit vegetare, creſcere & pullulare ipſum corpus mortuum, & ipſum reſuſcitat de morte ad vitam ſolutione & ſublimatione, & in tali operatione vertitur corpus in Spiritum, & Spiritus in corpus; & tunc facta eſt amicitia, pax, concordia & unio contrariorum, hoc eſt, corporis & Spiritus, qui mutant invicem naturas ſuas, quas recipiunt & ſibi communicant per minima, ſic quod calidum miſcetur frigido, & ſiccum humido, & durum molli, & hoc modo fit mixtio naturarum contrariarum, frigidi ſcilicet cum calido, & humidi cum ſicco, atq; admirabilis inter inimicos connexio. Noſtra ergo diſſolntio corporum, quæ fit in tali prima ▽, non eſt niſi mortificatio humidi

cum

cum ſicco; humidum vero coagulatur per ſiccũ, quia humiditas ſiccitate tantum continetur., terminatur & coagulatur in corpus ſive terrã. Corpora igitur dura & ſicca ponantur in noſtra prima ▽ in vaſe benè clauſo, ubi maneant donec ſolventur & aſcendant in altum, quæ tunc dici poſſunt novum corpus, ☉m album alchymiæ, lapis albus & ſulphur album non urens, & lapis Paradyſi, hoc eſt, convertens metalla imperfecta in ☽m album fixum. Tunc etiam habemus ſimul corpus, animam, & ſpiritum, de quo ſpiritu & anima dictum eſt, quod non poſſunt extrahi à corporibus perfectis, niſi per conjunctionẽ ▽æ noſtræ diſſolutivæ. Quia certum eſt, quod res fixa non poteſt elevari, niſi per conjunctionem rei volatilis. Spiritus igitur, mediante ▽a, & anima ab ipſis corporibus extrahitur, & redditur corpus non corpus, quia ſtatim ſpiritus cum anima corporum ſurſum aſcendit in ſuperiori parte, quæ eſt perfectio lapidis & vocatur ſublimatio. Hæc ſublimatio, inquit Florentinus Catalanus, fit per res acidas, ſpirituales, volatiles, quæ ſunt de natura ſulphurea & viſcoſa, quæ diſſolvunt & faciunt elevari corpora in aerem & ſpiritum. Et in hac ſublimatione pars quædam dictæ ▽æ primæ aſcendit cum corporibus ſimul ſe jungendo, aſcendendo & ſublimando in unã mediam ſubſtantiã, quæ tenet de natura duorũ corporũ, corporis ſcil. ſoluti & ▽æ, proinde dicitur corporale & ſpirituale compoſitum, Corinſle,

Cambar, Ethelia, Zanderith, Duenech bonus; ſed propriè tantum nominatur ▽ permanens, quia non fugit in igne, perpetuo adhærens corporibus conjunctis, hoc eſt, ☉i & ☽æ, illisq́; communicans tincturam vivam, incombuſtibilem ac firmiſſimam, præcedenti nobiliorem & pretioſiorem. Quia poteſt currere dehinc hæc tinctura ſicut oleum, omnia perforando & penetrando cum fixione mirabili; quoniam hæc tinctura eſt Spiritus, & Spiritus eſt anima, & anima corpus. Quia in hac operatione corpus efficitur ſpiritus de natura ſubtiliſſima & pariter ſpiritus incorporatur, & fit de natura corporis cum corporibus; & ſic lapis noſter continet corpus, animam & ſpiritum. O Natura quomodo vertis corpus in ſpiritum? quod non fieret, ſi ſpiritus non incorporaretur cũ corporibus, & corpora cum ſpiritu fierent volatilia, & poſtea permanentia. Tranſivit igitur unus in alterum, & in ſe invicem converſi ſunt per ſapientiam. O ſapientia, quomodo facis ☉m eſſe volatile & fugitivum, etiamſi naturaliter fixiſſimũ eſſet? Oportet igitur diſſolvere & liquefacere corpora iſta per ▽m noſtram, & illa facere ▽ permanentem, ▽ auream ſublimatam, relinquendo in fundo groſſum, terreſtre & ſuperfluum ſiccum. Et in iſta ſublimatione ignis debet eſſe lentus, quia ſi per hanc ſublimationem in △ lento corpora purificata non fuerint, & groſſiores jeus partes ſeparatæ, immunditia impedieris, quo minus ex his poſſis perficere opus. Non indiges

diges enim, niſi tenui & ſubtili natura corporum diſſolutorum, quam tibi dabit ▽ noſtra, ſi lento igne procedis, ſeparando heterogenea ab homogeneis. Recipit ergò compoſitum mundationem per ignem noſtrum humidum, diſſolvendo ſcilicet & ſublimando quod purum & album eſt, ejectis fæcibus, ut vomitus qui ſponte fit, inquit Azinaban. Nam in tali diſſolutione & ſublimatione naturali fit elementorum deligatio, mundificatio & ſeparatio puri ab impuro, ita ut purum & album aſcendat ſurſum, & impurum & terreum fixum maneat in fundo ▽ & vaſis, quod eſt removendum, quoniam nullius eſt valoris, recipiendo ſolum mediam ſubſtantiam albam, fluentem & fundentem, & dimittendo terram fæculentam, quæ remanſit inferius in fundo ex parte ▽æ, quæ eſt ſcoria & terra damnata, quæ nihil valet, nec unq; aliquid boni præſtare poteſt, ut illa clara materia alba, pura & nitida, quam ſolam debemus accipere, & adhunc Cephareum ſcopulũ ſæpe numero navis atq; ſcientia diſcipulorum Philoſophiæ, ut mihi etiam aliquando accidit, imprudentiſſimè colliditur. Quia Philoſophi ſæpiſſimè contrarium aſſerunt, nempe nihil removendo pręter humiditatem, hoc eſt, nigredinem, quod tamen dicunt & ſcribunt tantum, ut poſſint decipere incautos, qui absq́; Magiſtro aut indefeſſa lectura & oratione ad Deum omnipotentem, aureum hoc vellus avellere cupiunt.

Notate igitur, quod ſeparatio, diviſio & ſublimatio

matio iſta absq; dubio eſt clavis totius operis. Igitur poſt putrefactionem & diſſolutionem horum corporum corpora noſtra ſe elevant in altum, usq; ad ſuperficiem ∇æ ſolventis in colore albedinis; & hæc albedo eſt vita. Nam in illa albedine anima antimonialis & ☿lis infunditur cum ſpiritibus ☉lis & ☽æ nutu naturæ, quæ ſeparat ſubtile à ſpiſſo & purum ab impuro, elevando paulatim partem ſubtilem corporis à ſuis fæcibus, donec totum purum ſeparetur & elevetur; & in hoc completur noſtra ſublimatio philoſophica & naturalis. Et cum hac albedine infuſa eſt in corpore anima, hoc eſt, virtus mineralis, quæ ſubtilior eſt igne, cum ſit vera quinta eſſentia & vita, quæ naſci appetit & ſeſe ſpoliare à groſſis fæcibus & terreſtribus, quæ illi advenerunt ex parte menſtrualis & corruptionis. Et in hoc eſt noſtra philoſophica ſublimatio, non in vulgari iniquo ☿o, qui nullas habet qualitates ſimiles illis, quibus ornatur ☽m vivum noſtrum, extractum è cavernis ſuis Vitriolicis. Sed redeamus ad ſublimationem.

Certisſimum igitur eſt in arte iſta, quod anima hæc extracta à corporibus, elevari non poteſt, niſi per appoſitionem rei volatilis, quæ eſt ſui generis, per quã corpora redduntur volatilia & ſpiritualia, ſeſe elevando, ſubtiliando & ſublimando contra naturam propriam corpoream, gravem & ponderoſam; & hoc modo fiunt non corpora & quinta eſſentia, de natura ſpiritus, quæ vocatur,

catur, Avis Hermetis & ☿us extractus è ſervo rubeo, & ſic remanent inferius partes terreſtres aut potius groſſiores corporum, quæ perfectiſſimè non poſſunt ſolvi ullo ingeniorum modo. Et fumus ille albus, album illud ☉m, hoc eſt, hæc quinta eſſentia dicitur etiam Magneſia compoſita, quæ conſtat, ut homo, ex corpore, anima, & Spiritu. Corpus ejus eſt terra ſolaris fixa, plusquā ſubtilisſima, per vim ▽æ noſtræ divinæ ponderoſior elevata: Anima ejus eſt tinctura ☉is & ☽æ, procedens ex communicatione horum duorum; Spiritus vero eſt virtus mineralis amborum & ▽æ, quæ defert animam ſive tincturam albam ſuper corpora & ex corporibus; ſicut portatur tinctura tinctorum per aquam ſuper pannum. Et ille Spiritus mercurialis eſt vinculum animæ ſolaris, & corpus ☉lare eſt corpus fixionis, continens cum ☽ Spiritum & animam. Spiritus ergo penetrat, corpus figit, anima copular, tingit & dealbat.

Ex his tribus ſimul unitis fit lapis noſter, hoc eſt, ex ☉, ☽ & ☿o. Cum ▽ ergo noſtra ☉rea extrahitur natura, omnem ſuperans naturam; ideoque niſi corpora per ▽m hanc diruantur, imbibantur, terantur parcè & diligenter regantur, donec à ſpisſitudine abstrahantur, & in tenuem Spiritum & impalpabilem vertantur in vanū it labor. Quia niſi corpora vertantur in non corpora, hoc eſt, in ☽m vivum philoſophorum, nondum operis regula inventa eſt: Et illud ideo

quo

quoniam impoſſibile eſt, illam tenuiſſimam animam, omnem in ſe tincturam habentem, à corporibus extrahere, niſi prius in ▽ noſtra reſolvantur. Solve ergò corpora in aurea ▽ & decoque, quousq́; tota egrediatur tinctura per ▽m in colorem album ſive in oleum album, cumq́; videris illam albedinem ſuper ▽m, ſcias tunc corpora eſſe liquefacta. Continua ergò decoctionem, donec pariant nebulam, quam conceperunt, tenebroſam, nigram & albam. Pone ergò corpora perfecta in ▽a noſtra, in vaſe hermeticè ſigillato ſuper ignem lenem, & coque continuò, donec perfectè reſolvantur in oleum precioſiſſimum. Coque, inquit Adfar, igne leni ſicut per ovorum nutritionem, donec ſolvantur corpora & eorum tinctura conjunctiſſima extrahatur. Non autem extrahitur tota ſimul, ſed parum ad parū egreditur omni die, omni hora, donec in longo tempore compleatur hujusmodi ſolutio, & quod ſolvitur ſemper petit ſuperius. Et in tali diſſolutione ſit ignis lenis & continuus, donec in aquā viſcoſam ſolvantur impalbabilem, & tota egrediatur tinctura in colore nigredinis primùm, quod eſt ſignum veræ ſolutionis. Continua deinde decoctionem, quousq́; fiat ▽ permanens alba, quæ in ſuo regens balneo fiet poſtea clara, & tandem deveniet ſicut ☽m vivum vulgare, ſcandens per aërem ſuper ▽m primam. Ideoq; cum videris corpora ſoluta in ▽m viſcoſam, ſcias tunc corpora eſſe converſa in vaporem, & te habere animas à

cor-

corporibus mortuis ſeparatas & in ſpirituum ordinem ſublimatione delatas, unde ambo cum parte ▽æ noſtræ facta ſunt Spiritus in aëra ſcandentes, ibiq; corpus compoſitum ex mare & fæmina, ex ☉ & ☽ & ex illa ſubtiliſſima natura mundata per ſublimationem accipit vitam, inſpiratur à ſuo humore, hoc eſt, â ſua ▽, ſicut homo ab aëre, quare multiplicabitur deinceps & creſcet in ſua ſpecie, ſicut omnes res cæteræ.

In tali ergò elevatione & ſublimatione philoſophica conjunguntur omnes ad invicem, & corpus novum inſpiratum ab aëre vivit vegetabiliter, quod eſt miraculoſum. Qvare niſi corpora △e & ▽a attenuentur, qvousq; aſcendant in ſpiritus, & qvousq; fiant ut ▽, ut fumus, ut ☿, nihil fit in arte: Illis tamen aſcendentibus in aëre naſcuntur, & in aëre vertuntur fiuntq; vita cum vita, ut nunq; poſſint ſeparari, ſicut ▽ mixta aquæ; ideoq; natus in aëre ſapienter dicitur, qvoniam omninò ſpiritualis efficitur. Ipſe namq; vultur ſine alis volans ſupra montem clamitat, dicens: Ego ſum albus nigri, & rubeus albi & citrinus rubei filius, vera dicens non mentior. Sufficit ergò tibi corpora in vaſe & ▽ ſemel ponere, & diligenter benè claudere vas, qvousq; vera ſeparatio ſit facta (qvæ vocatur ab invidis, conjunctio, ſublimatio, aſſatio, extractio, putrefactio, ligatio, deſponſatio, ſubtiliatio, generatio,) & totum perficiatur magiſterium. Fac igitur ſicut ad generationem hominis & omnis

mnis vegetabilis, imponito ſemel matrici ſemen
& benè claude. Vides ergò qvomodo pluribus
rebus non indiges, & qvod opus noſtrũ magnas
non reqvirat expenſas, qvoniam unus eſt lapis,
una medicina, unum vas, unum regimen, una
diſpoſitio ad album & rubeum ſucceſſivè facien-
dum. Et qvamvis dicamus in pluribus locis, po-
nito hoc, ponito illud, tamen non intelligimus
nos oportere, niſi unam rem accipere & ſemel
ponere & claudere vas usq; ad operis comple-
mentum. Qvia hæc tantum ponuntur à philoſo-
phis invidis, ut decipiant incautos. Numqvid er-
gò hæc ars eſt cabaliſtica? arcanis, plena? Et tu fa-
tue credis, nos docere apertè arcana arcanorum,
verbaq́; accipis ſecundum ſonum verborum.

Scito verò (non enim ſum invidus, ut cæteri)
qui aliorum philoſophorũ verba accipit ſecun-
dum prolationem ac ſignificationem vulgarem
nominum, jam ille absq; filo Ariadnæ in medio
anfractuum labyrinthi multipliciter errat, pecu-
niamq́; ſuam deſtinavit perditioni. Ego verò Ar-
tephius, poſtquam adeptus ſum veram ac com-
pletam ſapientiam in libris veridici Hermetis, fui
aliqvando invidus, ſicut cæteri omnes: ſed cum
per 1000. annos aut circiter, qvi jam tranſierunt
ſuper me à nativitate mea, ſolius Dei omnipoten-
tis gratia & hujus mirabilis qvintæ eſſentiæ uſu,
cum per hæc, inqvam longiſſima tempora vide-
rem, neminem Magiſterium Hermeticûm obti-
nere poſſe propter obſcuritatem verborũ philo-
ſophorum, pietate motus & probitate boni viri

decrevi in his ultimis téporibus vitæ meæ omnia ſcribere ſincerè ac veraciter, ut nihil ad perficiendum lapidem philoſophorum poſſis deſiderare, demto aliqvo, qvod nemini licet ſcribere: qvia revelatur per DEUM aut magiſterium; & tamen in hoc libro ille, qvi non erit duræ cervicis, cum pauca experientia feliciter addiſcet. Scripſi ergò in hoc libro nudam veritatem, qvàm paucis coloribus veſtivi, ut omnis bonus & ſapiens mala Hesperidũ mirabilia feliciter ex hac arbore philoſophica decerpere poſſit. Qvare laudetur Deus altiſſimus, qvi poſuit in anima noſtra hanc benignitatem, & cum ſenectute longiſſima dedit nobis veram cordis dilectionem, qva omnes ſimul homines (ut mihi videtur) amplector, diligo & verè amo. Sed ad artem redeundum. Sanè opus noſtrum citò perficitur, nam qvod calor ſolis in 100. annis coqvit in mineris terræ ad generandum unũ metallum, ut ſæpiſſimè vidi, ignis noſter ſecretus, h. e, ▽a noſtra ignea, ſulphurea, qvæ dicitur Baln. Mariæ, operatur brevi tempore; & hoc opus non eſt gravis laboris illi, qvi ſcit & intelligit; atq; materia illius non eſt adeo cara (cũ parva qvantitas ſufficiat) qvod excuſari qvis poſsit, ut ab opere manũ ſuſpendat: qvia eſt adeo breve & facile, ut merito dicatur opus mulierum & ludus puerorum. Age ergo gnaviter fili mi, ora DEUM, lege aſsiduè libros. Liber enim librum aperit, cogita profundè, fuge res evaneſcentes in igne, qvia non habes intentum tuum in his

 rebus

rebus aduſtibilibus,ſed tantum in decoctione ▽æ tuæ ex luminaribus extractæ. Nam ex iſta ▽ color & pondus adducitur usq; ad infinitum; & hæc ▽ eſt fumus albus,qui in corporibus perfectis veluti anima defluit, & eorum nigredinem & immunditiem penitus aufert,& corpora in unũ conſolidat, & eorum ▽m multiplicat, & nihil eſt, quod à corporibus perfectis, hoc eſt, ☉e & ☽ colorem poſſit auferre,niſi Azoth,hoc eſt,noſtra ▽, quæ colorat & album reddit corpus rubeum ſecundum regimina ſua. Sed loquamur de ignibus. Ignis ergò noſter mineralis eſt, æqualis eſt,continuus eſt,non vaporat, niſi nimium excitatur, de Sulphure participat,aliunde ſumitur,quàm à materia,omnia diruit, ſolvit,congelat & calcinat, & eſt artificialis ad inveniendum, & compendium ſine ſumptu etiam ſaltem parvo. Eſt etiam humidus, vaporoſus, digerens, alterans, penetrans, ſubtilis,aereus, non violentus, incomburens, circumdans, continens, unicus, & fons ▽æ vivæ, circuit & continet locum ablutionis Regis & reginæ. In toto opere ignis iſte humidus tibi ſufficit in principio, medio & fine, quia in ipſo tota ars conſiſtit. Et eſt ignis naturalis, contra naturam,innaturalis & ſine aduſtione; & pro corollario: Eſt ignis calidus,ſiccus, humidus & frigidus. Cogitate ſuper hæc & facite rectè absq; natura extranea. Quod ſi hos ignes non intelligitis, audite hæc ex abſtruſiori & occulta Antiquorum de △bus cavillatione,nunq; in libris hucusq; ſcripta.

Tres

Tres propriè habemus ignes, ſine quibus ars non perficitur,& qui absq; illis laborat, in vanum curas ſuſcipit. Primus eſt lampadis,& is continuus eſt humidus,vaporoſus, aereus & artificialis ad inveniendum.Nam lampas debet eſſe proportionata ad clauſuram, & in hac utendum eſt magno judicio,quod non pervenit ad artificem duræ cervicis: quia ſi ignis lampadis non eſt geometricè & debitè proportionatus,aut per defectum caloris non videbis ſigna in tempore deſignata, atq; præ nimia morâ expectatio aufugiet tua,aut præ ardore nimio flores ☉i comburentur, & laborem tuum iniquè deflebis.

Secundus ignis eſt cinerum,in quibus vas reconditur Hermeticè ſigillatum, aut potius eſt calor ille ſvavisſimus, qui ex vapore temperato lampadis circuit æqualiter vas: Hic violentus non eſt, niſi nimiũ excites, digerens eſt,alterans, ex alio corpore, quàm à materia ſumitur, unicus eſt & etiam humidus & innaturalis.

Tertius eſt ignis ille naturalis ▽æ noſtræ, qui vocatur etiam contra naturam:quia eſt ▽ & nihilominus ex auro facit merum ſpiritum, quod ignis communis facere non poteſt. Hic mineralis eſt,æqualis eſt,de Sulphure participat, omnia diruit, congelat, ſolvit ac calcinat. Hic eſt penetrans,ſubtilis, in comburens & eſt fons ▽æ vitæ, in quo ſe lavant Rex & regina, quo indigemus in toto opere,in principio,medio & fine, aliis verò ſupradictis non, ſed tantum aliquando.

BIBLIOTECA NAZ. V. EMANUELE ROMA

Conjunge ergo in legendis libris philoſophorum hos tres ignes, & procul dubio intellectus eorum de ignibus te non latebit. Qvoad colores. Qvi non nigrefacit, dealbare non poteſt, qvia nigredo eſt albedinis principium, ſignum putrefactionis & alterationis, & qvod corpus penetratum & mollificatum jam eſt. Ergo in hac putrefactione in hac aqva primò apparet nigredo, ſicut brodium ſaginatum piperatum; ſecundò terra nigra continuò decoqvendo dealbatur: Qvia anima horum ſupernatat ut cremor albus, & in hac albedine uniuntur omnes ſpiritus, ſic qvod denuò aufugere non poſſunt; & ideo dealbandus eſt Laton & rumpendi libri, ne corda noſtra rumpantur, qvia hæc albedo eſt lapis perfectus ad album, & corpus nobile neceſſitate finis, & tinctura albedinis exuperantiſſimæ reflexionis & fulgidi ſplendoris, qvæ non recedit à commixto corpore. Nota ergò hic, qvod ſpiritus non figuntur, niſi in albo corpore, qvi ideo nobilior eſt cæteris & ſemper deſiderabiliter expectandus, cum ſit totius operis qvodammodo complementum.

Terra enim noſtra putreſcit in nigrum, deinde mundatur in elevatione, poſtea deſiccata nigredo recedit, & tunc dealbatur & perit tenebroſum dominium mulieris; etiam fumus albus penetrat in corpus novum & ſpiritus conſtringuntur in ſiccum, atq; corrumpens, deformatum & nigrum ex humido evaneſcit, tunc

diem

diem corpus novum reſuſcitat clarum, album & immortale, ac victoriam ab omnibus inimicis reportat. Et ſicut calor agens in humido generat nigredinem primum colorem: ſic decoqvendo ſemper calor agens in ſicco generat albedinem ſecundum colorem, & deinde citrinitatem & rubedinem agens in mero ſicco. Et ita ſatis de coloribus. Sciendum igitur nobis eſt, qvod res, qvæ habet caput rubrum & album, pedes verò albos & poſtea rubeos & oculos antea nigros, hæc res tantum eſt magiſterium.

Diſſolve ergò ☉m & ☽m in aqua noſtra diſſolutiva, qvæ illis eſt familiaris & amica & de eorum natura proxime, illisq́; eſt placabilis & tamquã matrix, mater, origo, principium & finis vitæ, & ideo emendatur in hac ▽: qvia natura lætatur natura; & natura naturam continet & vero matrimonio copulantur ad invicẽ & fiunt una natura, unum corpus novũ reſuſcitatum, immortale: ſic oportet conjungere conſangvineos cum conſangvineis, tunc iſtæ naturæ ſibi obviant & ſe proſeqvuntur ad invicem, ſe putrefaciunt, generant & generare faciunt, qvia natura per naturam regitur proximam & amicam. Noſtra igitur ▽, inqvit Danthin, eſt fons pulcher, amœnus & clarus, præparatus ſolummodo pro rege & regina, qvos ipſe optime cognoſcit: nam ipſos ad ſe trahit, & illi ad ſe lavandum in illo fonte remanent duos aut tres dies, hoc eſt, menſes & hos juveneſcere facit & reddit formoſos.

Et qvia ☉ & ☽ ſunt ab illa ▽ matre, ideo oportet ut iterum ingrediantur uterum matris, ut renaſcantur denuo & fiant robuſtiores, nobiliores & virtuoſiores. Idcirco niſi hi mortui converſi fuerint in ▽m, ipſi ſoli manebunt & ſine fructu. Si autem mortui fuerint & reſoluti in noſtra ▽a, fructum centeſimum dabunt, & ex illo loco, ex quo videbantur perdidiſſe qvod erant, apparebunt eſſe, quod antea non erant. Cum ☉e ergo & ☽a figatur maximo ingenio ſpiritus ▽æ noſtræ vivæ. Qvia hi in naturam ▽æ converſi moriuntur & mortuis ſimiles videntur, inde poſtea inſpirati vivunt, creſcunt & multiplicantur, ſicut res omnes vegetabiles. Sufficiat ergò tibi materiam ſufficienter diſponere extrinſecus, quoniam ipſa ſufficienter intrinſecus operatur ad ſui perfectionem. Habet enim motum ſibi inhærentem ſecundum veram viam & verum ordinem, meliorem, quàm poſſit ab homine excogitari. Ideo tantum præpara & natura perficiet: quia niſi natura fuerit impedita in contrarium, non præteribit motum ſuum certum, tam ad concipiendum, quàm ad parturiendum. Cave quocirca tantum poſt materiæ præparationem, ne igne nimio Balneum incendatur, & ſpiritus exhalet, quia læderet laborantem, hoc eſt, operationem deſtrueret & multas infirmitates, hoc eſt triſtitiam & iram induceret.

Ex jam dictis patet hoc axioma, nempe eum ex curſu naturæ ignorare neceſſario conſtructio-

nem

nem metallorum, qvi ignorat deſtructionem. Oportet ergò conjungere conſangvineos, qvia naturæ reperiunt ſuas conſimiles naturas & ſe putrefaciendo miſcentur in ſimul atq; ſe mortificant. Neceſſe eſt igitur hanc cognoſcere corruptionem & generationem, & quemadmodum ſeſe naturæ amplectuntur & pacificantur in igne lento, donec natura lætetur natura, & natura naturam retineat & convertat in naturam albam. Qvod ſi vis rubificare, oportet coquere album iſtud in igne ſicco continuo, donec rubificetur ut ſangvis, qvi nihil aliud erit, quam ignis & tinctura vera; & ſic per ignem ſiccũ continuum emendatur albedo, citrinatur & acqvirit rubedinem & colorem verum fixum. Qvantò ergò magis coquitur, magis coloratur, & fit tinctura intenſioris rubedinis. Qvare oportet Δ ſicco & calcinatione ſicca absq; humore compoſitum coqvere, donec rubicundiſſimo veſtiatur colore & tunc perfectum erit Elixir. Si poſtea velis illum multiplicare, oportet iteratò reſolvere illud rubeum in nova aqua diſſolutiva & iterata coctione dealbare & rubificare per gradus Δs, reiterando primum regimen. Solve, congela, reitera claudendo, aperiendo & multiplicando in quantitate & qualitate ad tuum placitũ. Qvia per novam corruptionem & generationem iterum introducitur novus motus, & ſic non poſſumus adipiſci finem, ſi ſemper operari velimus per reiterationem ſolutionis & coagulatio-

nis mediante ▽ noſtra diſſolutiva, hoc eſt, diſſolvendo & congelando, ut dictum per primum regimen. Et ſic ejus virtus augmentatur & multiplicatur inquantitate & qualitate, ita quod ſi in primo opere receperit centum, in ſecundo habebit mille, in tertio decem millia, & ſic proſequendo veniet projectio tua usq; ad infinitum, tingendo verè & perfectè & fixè omnem quantamcumq; quantitatem, & ſic per rem vilis precii additur color, virtus & pondus. Ignis verò noſter & Azoth tibi ſufficiunt: coque, reitera, ſolve, gela & ſic continua ad tuum placitum multiplicando, quantum volueris, & donec medicina tua fiat fuſibilis, ut cera & habeat quantitatem & virtutem optatam. Eſt ergo totius operis ſive lapidis ſecundi complementum, ut ſumatur corpus perfectum, quod ponas in noſtra ▽ in domo vitrea benè clauſa & obturata cum cæmento, ne aër intret, aut humiditas introcluſa exeat in digeſtione lenis caloris, veluti balnei vel fimi temperatiſſimi & operis ſubſtantia aſſiduetur per ignem ſuper ipſum perfecta decoctione, quousq; putreſcat & reſolvatur in nigrum, & poſtea elevetur & ſublimetur per ▽m, ut mundetur per hanc ab omni nigredine & tenebris, & ut dealbetur & ſubtilietur, donec in ultima ſublimationis puritate deveniat & ultimò volatile fiat & album reddatur intus & extra. quia vultur in aere ſine alis volans clamitat, ut poſſit ire ſupra montem, hoc eſt, ſuper ▽m, ſuper quam ſpiritus albus fertur.

Tunc

Tunc continua △m convenientem & ſpiritus ille, hoc eſt, ſubtilis ſubſtantia corporis & ☿ii aſcendet ſuper ▽m, quæ quinta eſſentia eſt nive candidior, & in fine continua adhuc, & fortifica ignem, ut totum ſpirituale penitus aſcendat. Scitote namq;, quod illud quod eſt clarum, purum & ſpirituale aſcendit in altum, in aera in modum fumi albi, quod lac virginis appellatur. Oportet ergo ut de terra (inquiebat Sybilla.) exaltetur filius virginis, & quinta ſubſtantia alba poſt reſurrectionem elevetur verſus cœlos, & in fundo vaſis & ▽æ remaneat groſſum & ſpiſſum. Vaſe dehinc infrigidato reperies in fundo ipſius fæces nigras, arſas & combuſtas, ſeparatas à ſpiritu & quinta eſſentia, quas projice. In his temporibus argentum vivum pluit ex aere noſtro ſuper terram novam, quæ vocatur ☽m vivum ex aere ſublimatū, ex quo fit ▽ viſcoſa munda & alba, quæ eſt vera tinctura, ſeparata ab omni fæce nigra & ſic æs noſtrum regitur cum ▽ noſtra, purificatur & albo colore decoratur. Quæ dealbatio non fit niſi decoctione & ▽æ coagulatione. Decoque ergò continuo, ablue nigredinem à latone, non manu, ſed △e ſive ▽a ☿li noſtra ſecunda, quæ eſt tinctura vera.

Nam non manibus fit hæc ſeparatio puri ab impuro, ſed ipſa natura ſola, circulariter ad perfectionem operando, verè perficit. Ergo patet, quod hæc compoſitio non eſt manualis operatio, ſed naturarū mutatio, quia natura ſeipſum diſſol-

diſſolvit & copulat, ſeipſam ſublimat, elevat & albeſcit ſeparatis fæcibus. Et in tali ſublimatione conjungunur partes ſubtiliores, magis puræ & eſſentiales. Qvia natura ignea cum elevat partes ſubtiliores, magis puras ſemper elevat, ergo dimittit groſſiores. Quare oportet igne mediocri continuo in vapore ſublimare, ut inſpiretur ab aere & poſſit vivere. Nam omnium rerum natura vitam ex aeris inſpiratione recipit; ſic etiam totum magiſterium noſtrum conſiſtit in vapore & ▽æ ſublimatione. Oportet igitur æs noſtrum per gradus ignis elevari, & quod per ſe ſine violentia aſcendat libere: ideoq; niſi corpus △e & ▽a diruatur ac alteretur, quousq; aſcendat ut ſpiritus, aut ut ☽m vivum ſcandens, vel etiam ut anima alba à corpore ſeparata, & in ſpiritum ſublimatione delata, nihil fit: eo tamen aſcendente in aere naſcitur, in aere vertitur, fitq; vita cum vita & omnino ſpirituale & incorruptibile. Et ſic in tali regimine corpus fit ſpiritus de ſubtili natura, & ſpiritus incorporatur cum corpore & fit unum cum eo, & in tali ſublimatione, conjunctione & elevatione omnia fiunt alba. Ergo neceſſario eſt hæc ſublimatio philoſophica & naturalis, quæ componit pacem inter corpus & ſpiritum, quod eſt impoſſibile aliter fieri, niſi in has partes ſeparentur. Id circo oportet utrumque ſublimare, ut purum aſcendat, & impurum & terrenoſum deſcendat in turbatione maris proceloſi. Quare oportet decoqvere continuo,

ut

ut ad ſubtilem deducatur naturam, & qvousq; corpus aſſumat & attrahat animam albam ☿lem, quam retinet naturaliter, nec dimittit eam à ſe ſeparari: quia ſibi compar eſt in propinquitate naturæ primæ, puræ & ſimplicis.

Ex his oportet per decoctionem ſeparationem exercere, ut nihil de pinguedine animæ remaneat, quod non fuerit elevatum & exaltatum in ſuperiori parte, & ſic utrumq; erit reductum ad æqualitatem ſimplicem & ad ſimplicem albedinem. Vultur ergo volans per aerem & Bufo gradiens per terram eſt magiſterium. Ideo quando ſeparabis terram ab ▽, hoc eſt ab terre & ſubtile à ſpiſſo ſvaviter & cum magno ingenio, aſcendet à terra in cœlum, quod erit purum, & deſcendet in terram, quod erit impurum, & recipiet ſubtilior pars in ſuperiori loco naturam ſpiritus, in inferiori verò naturã corporis terrei. Quare elevetur per talem operationem natura alba cum ſubtiliori parte corporis, relictis fæcibus, quod fit brevi tempore. Nam anima cum ſua adjuvatur ſocia & per eam perficitur: Mater, inquit corpus, me genuit & per me gignitur ipſa: poſtquam autem ab ea accepi volatum, ipſa meliori modo, quo poteſt, fit pia, fovens & nutriens filium, quem genuit, donec ad ſtatum devenerit perfectum. Audi hoc ſecretum. Cuſtodi corpus in aqua noſtra ☿li, qvousq; aſcendat cum anima alba & terreum deſcendat ad imum, quod vocatur terra reſidua, tunc videbis aquam coagu-

gu-

gulare ſeipſam cum ſuo corpore, & ratus eris ſcientiam eſſe veram, quia corpus ſuum humorem coagulat in ſiccum, ſicut coagulum agni lac coagulat in caſeum, & ſic ſpiritus penetrabit corpus & commixtio fiet per minima & corpus attrahet ſibi humorem ſuum, hoc eſt, animam albam, qvemadmodum Magnes ferrum propter naturæ ſuæ propinqvitatem & naturam avidam, & tunc unum continet alterum; & hæc eſt ſublimatio & coagulatio noſtra omne volatile retinens, quæ facit fugam perire. Ergò hæc compoſitio non eſt manualis operatio, ſed ut dixi, naturarum mutatio, & earum frigidi cum calido & humidi cum ſicco admirabilis connexio. Calidum enim miſcetur frigido, & ſiccum humido: hoc etiam modo fit mixtio & conjunctio corporis & ſpiritus, quæ vocatur converſio naturarum contrariarum, quia in tali diſſolutione & ſublimatione ſpiritus convertitur in corpus & corpus in ſpiritum: Sic etiam mixta & in unum redacta ſe invicem vertunt; nam corpus incorporat ſpiritum, ſpiritus verò corpus vertit in ſpiritum tinctum & album. Qvare ultima vice, inqvam, decoqve in aqva noſtra alba, hoc eſt, in ☿o, donec ſolvatur in nigredinem, deinde per coctionem continuam privabitur à ſua nigredine, & corpus ſic ſolutum tandem aſcendet cum anima alba, & tunc unum alteri commiſcetur & ſe amplectentur ſic, qvod non poterunt invicem amplius ſeparari, & tunc cum reali concordan-

cordantia unitur ſpiritus cum corpore & fiunt unum permanens, & hæc eſt ſolutio corporis & coagulatio ſpiritus, qvę unam & eandem habent operationem. Qvi ergò noverit ducere, prægnantem facere, mortificare, putrefacere, generare, ſpecies vivificare, lumen album inducere, & mundare vulturem à nigredine & tenebris qvousq; igne purgetur & coloretur, & à maculis ultimis purificetur, adeo majoris dignitatis erit poſſeſſor, ut reges eum venerentur. Qvare maneat corpus in ▽, donec ſolvatur in pulverem novum infundo vaſis & ▽æ, qvi dicitur cinis niger; & hæc eſt corruptio corporis, qvæ vocatur à ſapientibus, Saturnus, æs. plumbum philoſophorum & pulvis diſcontinuatus. Et in tali putrefactione & reſolutione corporis tria digna apparent, ſcilicet color niger, diſcontinuitas partium & odor fætidus, qui aſſimilatur odori ſepulchrorum. Eſt igitur ille cinis, de qvo philoſophi tanta dixêre, qvi inferiori parte vaſis remanſit, quem non debemus vilipendere. In eo enim eſt diadema regis & ☽ vivum, nigrũ, immundum, à qvo debet fieri purgatio nigredinis, decoquendo continuò in noſtra ▽, donec elevetur ſurſum in album colorem, qvi vocatur Anſer & pullus Hermogenis.

Qvia qvi terram rubeam denigrat & albam reddit, habet magiſterium: ut etiam ille, qui occidit vivum & reſuſcitat mortuum. Dealba ergò nigrum & rubefac album, ut perficias opus,

& cum videris albedinem apparere veram, quæ ſplendet ſicut gladius denudatus, ſcias quod rubor in iſta albedine eſt occultus. Ex tunc non oportet illam albedinem extrahere, ſed coqvere tantum, ut cum ſiccitate & caliditate ſuperveniat citrinitas & rubedo fulgentiſſima, qvam cum videris, cum tremore maximo laudabis DEUM Opt. Maximum, qui cui vult, ſapientiam dat & per conſequens divitias, & ſecundum iniquitates eripit ac perpetuum ſubtrahit, detrudendo in ſervitutem inimicorum, cui ſit laus & gloria in ſecula ſeculorum,

AMEN.

Maximi Dn. DUNSTANI, Epiſcopi Cantuarienſis, veri philoſophi de Lapide Philoſophorum tractatatus ſecretus.

OBſervandum eſt maximè, antiquiores Philoſophos ſcientiæ viribus ſæpè contendiſſe, ea, quæ Natura in ſui gremio multorum annorum opera compoſuit, brevisſimo temporis ſpatio etiam ſupra terram, aurum videlicet & argentum, perfectisſima arte producere. In quo Naturæ veſtigia imitabantur eligendo ſibi purisſimas terras, albam & rubeam, qvas ſuum argentum & aurum nominabant, illasq; prout in Natura absq; repugnantia fit, conjungebant ſubtiliter, donec tandem fixatione gaudebant. Hoc ipſum etiam te imitari, ſi ſcopum hujus ſcienriæ optatum attingere velis, omnino neceſſe eſt. Nam aurum & argentum nihil aliud ſunt, quàm rubra & alba terra, quibus Natura Mercurium, hoc eſt, argentum purum, ſubtile, vivum, album & rubeum per minima copulavit, atq; ex iisdem, in una radice mixtis, ☉m & ☽m produxit.

Incumbit igitur omni hanc ſcientiam quærenti, ut primò omnium iſtas terras, albam & ru-

beam, ſubtilem, puram, & fixam ſibi compare, in iisq; duos ☿os, album in alba & rubeum in rubea, ſine omni diviſione, per minima uniat & figat, ut omne ignis examen ſuſtineant, fluxibilitatemq; tantam acqvirant, ut qvemadmodum magnam aqvæ copiam pauco colorari croco videmus; ſic & Medicina plusqvam perfecta in minima qvantitate omne metallum imperfectum abundanter tingat, ſpiritusq; qvoscunq; metallicos non fixos (modo de eodem genere & natura fuerint) ad ſuam perfectionis ſummam omnimodo & pleniſſimè perducat, & qvod excedit, ſemetipſam ex ſemetipſo infinitè multiplicare, hominumq; corpora à graviſſimis atq; incurabilibus aliàs morbis liberare valeat.

Qvæ duæ proprietates in communi ☉o & ☽o, haut ſine magno labore, & non niſi ex parte reperiuntur, propterea qvod vis vegetativa, qvæ omnis incrementi mater eſt, majori ex parte in illis jam dudum ſit extincta. Hoc ſi præſtare, & naturæ in generandis metallis conſilium imitari noveris, nomine philoſophi, in rebus naturalibus haut mediocriter experti, merito tuo gaudebis.

Sed notandum eſt inſuper, antiqvos philoſophos ☉o & ☽o vulgi in ſuo opere non fuiſſe uſos, & ob hoc dixiſſe, ſuum laborem non magnis indigere ſumptibus, ſed tam à paupere & ruſtico, qvâm divite & urbano poſſe tractari; qvod à veritate omninò eſſet alienum, ſi absq; ☉o & ☽o communi perfici non poſſet. Hæc enim pauperi-

peribus precioſa ſunt, atq; non niſi magnis laboribus acqviruntur.

Multi ſanè magnam ☉i & ☽i copiam hac arte in nihilum inconſultè redegerunt, tempusq́; & laborem inutiliter admodum cum pernicie tam corporis, qvam animæ triverunt, qvod maximè dolendum. Imo & his noſtris temporibus pauciſſimos philoſophorum verè & ſeriò tincturam metallorũ inveſtigantes, ſed plerosq; in ☿o vulgi & ☉o atq; ☽o communibus abſurdè & fruſtra occupatos offendimus; hinc paucioribus Laboris Sophiæ brabeum obtigiſſe cognovimus.

Caveamus itaq; ab ☉o & ☽o vulgaribus. Nam licet ſubtiliari & tincturis miſceri, & in minora elixiria cum mediocri lucro redigi poſſint, vera tamen antiqvorum philoſophorum via non eſt in illis. Ipſorum namq; ☉m & ☽m ſunt duæ præcipuæ tincturæ, rubra & alba, in uno eodemq; corpore ſepultæ, qvæ à natura nunquam pervenerunt ad perfectum complemẽtum, ſeparabiles tamen ſunt à terreſtri lutoſitate & ſcoria accidentali, & deinde propriis qvalitatibus terris puris, rubræ & albæ, ita commiſcibiles, iisdemq́; tam aptiſſima habentur fermenta, ut nullo alieno indigeant. Nã universũ opus unũ eſt, & res ipſa una eſt, totũq; ex una derivatur ſcaturigine. Partes n. noſtri Lapidis coëſſentiales ſunt & concretæ, qvod omninò eſſet abſurdũ, ſi ad ejus compoſitionẽ ☉o & ☽o communi indigeremꝰ. Dictũ eſt enim accipe corpꝰ, in quo eſt argentũ vivũ, purũ,

nitidum & incompletum à natura, & tale corpus poſt ejus completam & perfectam mundificationem præſtantius eſt multo corpore ☉i & ☽i mineralis. De hoc ipſo corpore & materia hujus lapidis tria potisſimũ dicuntur, videlicet quod ſit Leo viridis, aſa fætida & fumus albus. Hoc autem à philoſophis infertur ex compoſito, ut ſtultis ſecundum propriam illorum ſtultitiam reſponderent, illosq; multitudine & diverſitate nominum fallerent. Tu vero artis fili intellige, unum ſemper & realiter ſignificari, licet accidentaliter & nominatim tria dicantur. Nam Leo viridis, aſa fætida & fumus albus de uno eodemq; prædicantur ſubjecto, in quo omnino & ſemper latent, donec arte manifeſta fiant.

Per Leonem viridem ab omnibus philoſophis ſignificatur ☉m viride, multiplicabile, ſpermaticum, quod naturâ adhuc eſt incompletum, habens poteſtatem reducendi corpora in primam materiam & fixa efficiendi ſpiritualia & fugitiva, & propterea meritò appellatur Leo. Nam quemadmodum omne animal ſe ſubjicit Leoni: Sic omne corpus metallicum poteſtate iſtius vivi & viridis ☉i, hoc eſt, ☿ii noſtri ſolvitur, cum philoſophicè digeruntur.

Hic cum aqua quadam alba naſcitur, quam ☽m vivum philoſophorum & ☿m album appellamus. Hæc aqua alba & rubea ſuppeditat nobis duas tincturas, albam & rubeam, ex uno corpore & ſubſtantia natas: Has ſemper noſtros ☿ios &

poſt

poſt debitam depurationem, conjunctionem & decoctionem lapidem noſtrum album & rubeum nominavimus.

Per aſam fœtidam odorem quendam fœtidum, ex corpore immundo in prima deſtillatione exhalātem, in telligimus, qui per omnia aſæ fœtidæ aſſimilatur, ſed cum quadam dulcedine, de qua dicitur: Ante præparationem materiæ odor ejus eſt gravis, quod certiſſimum eſt. At poſtquam debito modo præparabitur & in quintam eſſentiam, dignificatam illam philoſophorum materiam, circulabitur, inexplicabili fragrantia & poteſtate tollendi lepram, aliosq; graviſſimos morbos abundat, ſine quo vivo hoc noſtro auro impoſsibile eſt facere ☉m potabile curativum, quod à philoſophis Elixir vitæ & Metallorũ appellatur. Interim non nego, philoſophos ☉m & ☽m minerale cum rebus ſui generis radicalibus & à Natura minime adhuc completis, peroptimè & feliciter poſſe diſſolvere, ac ſic ad ſummum hujus artis pervenire magiſterium. Sed non uniuscujusq; ſumptus hoc ferunt, principibus maximè ☉o & ☽o abundantibus convenit. Noſtra autem materia univerſaliter omnibus patet, pauperibus verò, quibus domi anguſtior res eſt, maximè.

Ratio, quod fumus albus appelletur, hæc eſt, in prima deſtillatione, priusq; aſcendit rubea tinctura, fumus verè albus aſſurgit, ex quo recipiens vas lactea quadam umbra & frequenti humidi-

tate inſpiſſatur, unde & nomen lactis virginei accepit. Ubicunq; itaq; notabis unam ſubſtantiam, his tribus proprietatibus dotatam, ipſam Lapidis philoſophorum materiam eſſe nota. Exſurgit autem hic qvæſtio admodum difficilis, qvæ multorum laboratorum ingenia variè torſit, Lapis ſcil. noſter turpiter ſe ponit in figura, qvia eſt in omni re, & in omni loco, qvid hoc ſibi vult?

Multi hoc ipſum legentes aſſumunt ſibi varia & maximè fætida, qvæ ab illis multo ſudore deſtillantur, calcinantur, conjunguntur. Sed audiant dictum philoſophorum: ſi qværis ſecretum philoſophorum in merdis, oleum & operam tuam perdis; qvia fætor in fine laborum. Alius adhuc eſt ſcrupulus, qvi multos in hac arte ſine arte occupatos miſerè vexavit, nimirum, Lapis noſter inter duos monticulos naſcitur, in ſterqvilinium ejicitur, hominum pedibus calcatur, & pro viliſſima ac contemptibili re habetur. Generatur inter maſculum & fæminam, in te & in me & in noſtri ſimilibus latet. Et è converſo Lapis noſter non poteſt ineſſe rebus à ſuo genere diverſis, hoc eſt, à natura ☉i & ☽i diſcrepantibus. Nemo enim dat id, qvod non habet; Urtica non germinat roſam, fæmina haut parit catulum.

Nihil enim in hoc mundo eſſe conſtat, ſive ſit animale, ſive vegetabile, ſive minerale, qvod ſine naturali calore & ſpecifico appetitu generari poſſit. Igitur ſecundum doctrinam philoſopho-

ſophorum, qvæ obſcuris exemplis informat, intelligendum eſt, Lapidem ſimilitudinariè poſſe & in omni re, & ubiq; eſſe; præſertim cum nihil aliud ſit, qvam virtus & qvalitas ſpecifica naturali calori conjuncta, qvibus omne compoſitum ad perfectum, neceſſarium & optatum deducitur terminum. Generaliter dicta generaliter ſunt áccipienda. Qvid enim terreſtrium in omni re & loco ineſſe poteſt, exceptis ſpecifico appetitu & calore naturali. Hæ enim ſunt cauſæ immediatæ & proximæ, ſive qvibus lapis non poteſt eſſe.

Qvicunq; igitur Lapidis veram materiam cognoſcere cupit, à ſpecifica ejus cauſalitate & origine ne diſcedat. Ex homine enim homo, ex roſa creſcit roſa; ſicque ex materia potentialiter aurea, purgatis excrementis & adhibitis neceſſariis, reſurgit iterum appetitu ☉m. Ex metallo igitur potentia perfecto multitudo metallicæ tincturæ & perfectionis oritur. Ex metallo vivo, calido & humido fit lapis, cum illi adjungitur naturalis calor, qvo fit aptus ad generandum ſibi ſimilem.

Noſter enim Lapis eſt purisſima ſubſtantia de natura ☉i, continens in ſe calorem vegetantem, ex qvo poteſtatem & virtutem habet ſemet in ſua ſpecifica & naturali forma multiplicandi, & propterea appellatur, ſecretus naturæ ignis, excitans compoſitum & perfi-

ciens in vitro noſtro in lapidem, tali nimirum modo, qvo ſemen ratione proprii ſui naturalis caloris & humiditatis radicalis matris terræ putrefit, ad germinationem & multiplicationem mirabilem.

Qvicunq́; igitur non cognoverit hunc noſtrũ calorem, noſtrum ignem, noſtrum balneum, noſtram flammam inviſibilem, temperatiſſimam & unius regiminis, ſemper & continuè in vitro noſtro eadem qualitate urentem, qvicunq́; dico hoc ſterqvilinium, ventrem eqvinum, humidum ignem non intellexerit, in caſſum laborabit, hancq́; ſcientiam nunquam obtinebit. Vides igitur humiditatem radicalem, virtutem illam vegetativam, primariam uniuscujusq́; rei in ſuo genere multiplicandæ exiſtere cauſam.

Sume igitur ad componendum ☉m & ☽m aqvam noſtram ardentem, aqvam vitæ, qvam hujus ſcientiæ ignari ex vino & oleo & hujusmodi liqvoribus extractam eſſe falsò exiſtimant. Tale inqvam ☉m & ☽m viridè, in qvibus virtus vegetativa haut extincta, ſed qvod vivum, calidum & humidum exiſtit, poteſtatemq́; omnia corpora ad naturalem vegetabilitatem reducendi habet. Hinc auxiliante DEO, corpora mortua & non multiplicabilia habitum & virtutem germinandi iterum accipere poſſunt, qvod à philoſophis vocatur principium & terminus à qvo generatur Lapis.

Maria prophetiſſa in epiſtola ad Aron ſcribit, qvod

qvod corpus ſumptum de monticulis ſit corpus vivum, clarum, non patiens putrefactioné neq; mortem; & hoc illud eſt, qvod generatur inter maſculum & fœminam. Per iſtos monticulos intelligimus ☉m & ☽m, qvæ naturaliter à nobis magno ſeparantur ingenio, qvorum confluentia generatur ☉m & ☽m elixiratum, qvæ ambo ſunt in noſtro ☿o activo & noſtra terra paſſiva. Ex qvo ſine medio infertur, aqvam & terram mineralem agentem & paſſivam eſſe materiam Lapidis philoſophorum. Hinc illa communitas pauperibus & divitibus obtingit, qvod ex una re, ſine ☉o & ☽o metallicis, confici poſſit Lapis.

Sed hic obiter admonebo, inter Elixir & Lapidem hanc eſſe differentiam, qvod hic unitate & ſimplicitate, illud verò plurilitate gaudeat, Lapis igitur eſt una res, ☿us noſter, ☉m & ☽m noſtra, tinctura alba & rubea, qvæ cum propria ſua terra, aut à monticulis ſumpta, naturaliter copulatur, magnaq; difficultate à mortalibus componitur.

Elixir verò eſt idem ☿ius vegetabilis, qvi tamen ratione ſuæ fixationis non communis, ſed ex pluribus conſtans, dicitur. Fixatur namq; abſolutè in terra ☉i & ☽i vulgaris, & propterea ex pluribus, ex ☿o videlicet vegetabili & aliena ſemper terra conſtat, qvæ neq; eſt communis, neq; pauperibus oportuna. De hac autem terra non ſis nimium ſollicitus, perinde enim eſt, de qva ſit

ſubſtantia, modo fuerit fixa. Alphidius ejusdem eſt ſententiæ dicens: Fæces, à quibus hæc terra exivit, cum nullius ſint valoris, abjiciendæ ſunt, & ☿ius plantandus eſt in alia terra ſubtili. Raro namq; eſt terra propria in compoſitione Elixiris. Ariſtoteles ipſam terram proprio nominavit nomine, dicens; Ego nominabo ipſam ſuo nomine, quo nominat ipſam vulgus, & eſt terminus ovi. Ex quo intelligimus, Materiam metallorũ eſſe ☿m cum ſuo ſulph. à natura radicaliter mixtum, ſponte ſua inclinatum putrefactioni & creſcentem ſive viridem.

In hoc ovo tria nobis conſideranda veniunt, videlicet vitellus, albumen & teſta. Hæc ultima philoſophis omnino & unicè neceſſaria eſt, quæ appellatur terminus ovi, ultima nimirum pars perfectione gaudens, ſimilitudinem habens monticuli, generata etiam inter maſculum & fæminam, quæ cum perfectè calcinatur, omnem quamcunq; terram albedine & ſubtilitate ſuperat, maximum ferens ignem, amplectens tincturam, appetens materiam metallicam. Quod in hoc opere verſantes difficulter credunt, niſi experientia rerum magiſtra victi adjurare & fateri cogerentur.

Alia autem terra, cui in eſt ☿alis humiditas, non abſorbet noſtrum ☿m tanta aviditate, & propterea non eſt tam commoda materia, quia propria & naturali ſua humiditate abundat; hæc verò nihil tale habet. Ejus enim humiditas ad albu-

mi-

minis & vitelli generationem, unionemq; naturaliter abſumebatur. Non negamus tamen hanc virtutem neceſſariam eſſe, imò utilem ad humani corporis præſervationem, quæ ab exterioribus ad interiora derivatur, modo tantillum cum elixire vitæ miſceatur. Eſt enim tanta virtute, quanta novimus humanum ſanguinem abundare, à natura tamen metallica prorſus aliena.

Terra hæc omnino contemnitur, quando materia incluſa corrumpitur, ejiciturq; in ſterquilinium, calcatur hominum pedibus, cum vacua, reputaturq; inutilis. Ego aliquando cupiens experiri, num humiditate noſtra unctuoſa gauderet, appoſui eam, quam tanta aviditate exhauſit, ut ſpongioſum & pinguiſſimum potius coagulum, quam terra naturaliter nuda eſſe videretur, à qua cum ☿alem aquam lentè evaporasſem, remanſit terra plurimum citrinata. His finem imponam, oſtendens, quid in practica operis ſit obſervandum, quæ materia, qui modus operandi huic arti maximè ſit conveniens.

De practica ſive operativa parte.

In nomine JESU accipe ADROP, hoc eſt, viridem Leonem, de quo ſupra mentionem feci, & reſolve in aceto optimè deſtillato per 20. dies, agitando compoſitum fortiter omni die ter, ut benè miſceatur, tunc ſepara fæces ter per filtrum deſtillando, poſtea evapora acetum lento igne, donec inſpiſſetur ad modum picis, dein effunde & aſſerva.

Habi-

Habitis 12. libris viridis Leonis gummoſi poteris credere terrã terræ & fratrem terræ te vidiſſe, de quo toties à philoſophis fit mentio. Hujus impones libras tres in retortã vitream, cujus tertia pars contineat ad minimum quatuor ſextarios vini & colloca in furno arena impleto hac cautione, ne propior ſit continenti duob⁹ digitis vel in inferiori vel in ſuperiori parte: deinde leni excitato calore appone vas recipiens absq; luto, recepta poſt aliquot horas leni quadam aqua, & egrediente jam fumo albo adjunge aliud recipiens longisſimum & amplisſimum, cerâ aut luto optimè firmatum, ne ſpititus, qui nobis in hoc opere ſunt maximè efficaces, exhalent. Notabis etiam, quod ab initio fumi albi ignis paulatim & providè ſit augendus. Hic fumus tingit vas recipiens ſpiſſa & lactea quadam humiditate, argento noſtro, cum quo etiam aſcendit oleum quoddam rubicundisſimum, quod à philoſophis appellatur ☉m aereum, menſtruum fætens, Sol philoſophorũ, tinctura noſtra, aqua ardens, ſanguis hominis viridis, humidum unctuoſum, quod eſt ultima conſolatio humani corporis in hac vita, ☿us philoſophorum, aqua ſolutiva, quæ diſſolvit ☉m & ☽m ſub conſervatione ſuæ ſpeciei; habet etiam nomina quamplurimum alia. Hanc deſtillationem à prima apparitione fumi albi continuabis per XII. horas ſequentes: deinde amove vas recipiens & claude firmiter cera, ne ſpiritus exhalent, qui admodum volatiles &

pe-

penetrantes ſunt. Hac ratione extrahes ſanguinem viridis leonis, quem appellamus aquam ☿ialem ſecretam, acetum acerrimum, per quod omnia corpora poſſunt redigi in primam materiam, & multorum hominum corpora ab omnibus infirmitatibus purgari. Hic eſt noſter ignis ſemper & aqualiter in noſtro vitro ardens & non extra: hæc eſt noſtra aqua vitæ, noſtrum balneum, noſter venter equinus operans & producens multa mirabilia in ipſo ſecretisſimo Naturæ opificio. Eſt etiam omnium corporum ſolutorum & non ſolutorum examinator vivus calidus & humidus, aqua nimirum acerrima, ignem in ventre ſuo, hoc eſt, Aquam-Ignem ferens. Sin verò non ita eſſet, nullam haberet poteſtatem ſolvendi corpora in primam materiam.

Hic eſt noſter ☿us, noſtrum ☉m & ☽m, quibus in operibus noſtris utimur ſecretis.

Eximes fæces in fundo relictas, quam primum erunt frigefactæ. Sunt enim roſtrum noſtri corvi pice longè nigrioris, quas adhibito carbone ignito incendere poteris, ut ſponte ſua in flavisſimam terram calcinentur. Hæc verò calcinatio non ſufficit ad perfectam ejus depurationem.

Igitur reponas in reverberatorio & per gradus ignis tamdiu calcinetur, donec albeſcat inſtar nivis; cave tamen nimium ignem.

Habita hac alba terra, illam per ſe vel cum calcibus aliorum metallorum benè præparatorum mixtam, quemadmodum in ſequentibus

in-

informaberis, poteris putrefacere & alterare pro arbitrio in novam albedinem vel rubedinem, medio noſtræ lunatiæ vel ☿ii, qui cum illis putreſcit ad germinationem & generationem, quibus proprietatibus antea deſtituebatur.

Philoſophi enim dicunt, calcina primum, dein putrefac & diſſolve, deſtilla, ſublima deſcendendo & fixando, lava ſæpius cum noſtra aqua vitæ, & deſicca iterum, ita corpus & ſpiritus invicem conjugium inibunt. Quod ſi hoc magna ingenio & proportionata commixtione præſtiteris, aqua ſive ſpiritus in corporis ſolutione coagulabitur, & tunc prodibit ſalamandra, ſanguinem effundens ſuum, inducensq; colores admirabiles.

Elapſis 30. diebus aſcendet & deſcendet primũ ad ☽m, deinde ad ☉m per oceanũ rotundum & ſine fine in exigua navicula ſedens, finito verò itinere immediatè palmã obtinebit. Quibus omnibus perpetrandis magnis non opus erit expenſis, ſed patienter exſpectando meſſem, nequaquam feſtinans, gaudio & divitiis repleberis. Sequitur nunc putrefactio. Accipe calcis hujus unc. j. include ovo philoſophico, huicq; infunde rubram tincturam ad 2. digitorum ſupereminentiam, ſigilla vas, ſtetq; in putrefactione in loco frigidisſimo per 8. dies, donec abſorpſerit humidum: affunde iterum tantundem tincturæ, ſtetq; iterum per 8. dies, continuando ſic incerationes, donec ceſſaverit imbibire affuſam tincturam. Ab hoc loco noli amovere, donec omni pice nigrior fuerit mixtura, quo viſo infer in Balneum, ut humi-

ditas cum ſua groſſa terra figatur, & in mineram candidam albiſſimamq; digeratur, exime & divide in duas partes æquales, unam ad album & alteram ad rubeum applica lapidem, quod facilimè modo ſequenti perficies.

Fermenta primam partem oleo ☽i, hoc eſt, alba aqua, & alteram oleo ☉i, hoc eſt, rubra aqua, ſicq; majori digęſtione & calore convertetur in pulverem rubeum inſtar ſanguinis draconis. De hoc autem pulvere, adjuncta aliqua parte noſtri ☿ii, fit ☉m potabile, quod à quibusdam Elixir vitæ & metallorum appellatur, quod ☿ın & omne metallum in perfectiſſimũ transmutabit ☉m. Sed hic diſce regulam generalem. Si deſtinaveris elixir ſolummodo ad album, ſervabis unam partem pro rubeo opere; & alterã partem deſtillabis lento igne, recipiens aquam albam; quam noſtram albam tincturam, noſtram aquilam, noſtrum ☿m album & Lac virginis appellamus.

Habitis duobus iſtis ☿iis practicabis cum iſtis, aut ſuper proprias terras aut ſuper calces metallorum perfectorũ præparatas. Nam de terra ſive fermentis non debes eſſe ſolicitus, modo fuerint fixa.

Accipe igitur quamcunq; volueris prius alteratam in albedinem & fermentatam, hoc modo. Sume calcem ☽i & terrã alteratam æquali proportione, tere inſimul & tempera cũ albo ☿o, quem vocant lac virginis, quousq; inſpiſſetur ad modũ paſtæ, pone deinde in ſublimatoriũ deſtillando lac virginis, optimeq; conſervãdo, reliquum

non

non fixum ſublima, qvicqvid aſſurgit ad latera vaſis inſtar ☿ii ſublimati, reitera ſuper proprias calces terendo & temperando cum lacte virginis ut prius, deſtillando & ſublimando, qvousq́; nullo igne poſſit moveri. Hic eſt noſter ☿us ſublimatus & fix⁹ factus ex alba alterata terra corporum, aſſurgens primũ mirabiliter virtute & auxilio △æ ☿ialis. Hic eſt ille ☿us, pro qvo inepti & idiotæ aſſumunt commune compoſitũ ex communi ☿o, vitriolo & ſale ſublimatum, in quo hallucinantur. Hic cum fixabitur in albam terram, poſtea calcinetur, ex quo fit Elixir ſive lapis hoc modo.

Pone in circulatorium & ſuperfunde Lac virginis ut tegatur, dein circulatur ad ſpiſſitudinem olei deſiccando & calcinando pro arbitrio, quotiescunq; volueris. Nam hac ratione augmentatur in infinitum.

Priuſq; verò projectionem facies, coaguletur in pulverem oleagineum, cujus una pars convertet mille partes ☿ij cæterorumq; metallorum in puriſſimum ☽m, ferens omnem probam & examinationem. Eodem modo operaberis cum rubra aqua ſuper calcem ☉ alterati, fermentantando per ſublimationem. Et nota quod nullum habeas fermentum perfectum, donec cum noſtro ☿o à primis qualitatibus in novam albedinem & rubedinem, medio putrefactionis & alterationis, quibus antea carebat, alteretur.

Cum verò poſt putrefactionem redigetur in

albe-

albedinem, tunc omninò induet ſpiritualitem & promptitudinem, quibus longè melius cùm noſtro ☿o ſublimato naturaliter per minima conjungetur & fixabitur ſine omni diviſione, quod non fieret tam naturaliter, ſi prima pars fixatione, altera verò diverſione gauderet: propterea ſi Spiritus non haberet virtutem penetrandi corpora, neqve corpora appetitum amplectendi Spiritum, impoſſibile esſet, poſſe copulari per minima.

Fermenta enim dum fiunt ſpiritualia, ſpiritus ſpiritibus aſſociantur, corpusq;, quod aliquandò gaudebat perfectâ fixatione, trahitur naturali diſpoſitione & deſideriò priſtinam recuperandi fixationem; qvod non poſſet fieri, niſi cum corporibus prius perfectè fixis. Corpus verò fixum appellatur ſolidum, ob habitum & diſpoſitionem, qva omnes, qvoscunq; ſibi aſſociatos ſpiritus, modo non degeneres, ad ſe trahit. Hinc fermenra aqva noſtra non prius alterata, nunquã cum illa radicaliter copulabuntur. Hæc igitur pars naturalis philoſophiæ omnes plane excludit citrinationes & dealbationes, qvæ non procedunt ex perfecta alteratione fermentorum, ſive proprii, ſive luminarium aut metallorum perfectorum. Abeunt enim ſpiritus in aërem rupto vaſe, qvi ſeſe cum corpore ſuo ſive fermento, qvod reſuſcitaverunt, non radicaliter univerint.

Qvo canone non obſervato totus labor in nihilum ruit.

Filum Ariadnéum
qvo
Ex laboris SOPHIÆ labyrintho
Felicem invenit exitum
PHILOSOPHUS ADEPTUS LONDINAS.
Qvod filio ſuo unico ARTHURO
Teſtamenti loco reliqvit,
Ex cujus communicatione Collegiali evulgo.

DECRETALIUM

In labore Sophiæ.

CAP. I.

Qvænam ſit Materia Phyſica, & unde ſumenda.

IN rei veritate Materia, ex qva fit hic lapis, eſt tantum unica, nec poteſt in aliqva alia re hæc propinqva potentia inveniri, & eſt illud qvod magis ſimile eſt auro, eſt etiam illud, ex qvo genitum eſt, & eſt Argentum vivum, ſolum, purum, ſine alicujus rei alterius commixtione, & infinitis nominibus velatur, & modus operandi eſt ſolum unus, ſed à Philoſophis multipliciter variatur, ideo non mirandum, ſi ars ſit difficilis, & operatores errent valdè. Ars tamen ex iisdem principiis, aut omninò ſimilibus generat medicinam, ex quibus natura generat metalla. Petrus Bonus, pag. 128.

Componitur Argentum vivum cum ſulphure citrino, ita quòd alterantur & fiunt idem in una maſſa lucida, rubea, ponderoſa, ex qua compoſitione duæ ſpecies ſufficiunt ad Elixir componendum: qui ergo cupit hujus artis inveſtigare ſecreta, cognoſcere oportet primam materiam

 me-

metallorum; alioqvin tuo labore fruſtraberis. Arnordus lib. de Alchimia, pag. 1.

Ars volens ſeqvi naturam ad talem finem inqvirit, & invenit hæc principia congelata à natura, in hanc naturam mediam & non deputatam, & conatur digerere & depurare talem materiam cùm calore ignis, ut ex ea eliciat formam auri, cùm qva omnia metalla imperfecta perficiat in aurum, cum ordinata ſint à natura ad hunc finem. Petrus Bonus, pag. 105.

Dicimus qvod totum non eſt niſi una res, qvæ variatur in numero trium per ſuas operationes, & variando per unam decoctionem eſt una res unius poteſtatis ſimplicis, & poſt hoc gradualiter tranſeundo ad informationem, per aliam digeſtionem erit alia res, qvam Argentum vivum appellamus, terram, aqvam & fermentum, gummam, & noſtram ſalſaturam ſecundam, amaram, & aſperam, qvæ totum corpus ſolvit virtute compoſita, & proprietate per ſecundam digeſtionem acqviſitam. Et poſt per aliam digeſtionem habet majus poſſe. Et ſic intelligere potes, qvòd in noſtro magiſterio ſunt tres propriæ terræ, tres aqvæ, & tria propria fermenta; tres propriæ gummæ, tres ſalſaturæ, tria argenta viva congelantia, ſicut in noſtra practica declaratur. Lullii Theorica, pag. 109.

Eligenda eſt materia, in qva eſt Argentum vivum, purum, mundum, clarum, album, & rubeum, & non ad complementum deductum, ſed com-

commiſtum æqvaliter, & proportionaliter per modum debitum cum ſulphure tali, & in maſſam ſolidam congelata, ut cum ingenio & prudentia noſtra, igneq; noſtro artificiali ad munditiem ſuam intimam pervenire poſſimus, qvod ipſa, poſt operis complementum, ſit mille milleſies fortior, qvam corpora ſimplicia caliditate naturali decocta. Taulada, pag. 314.

Si ſulphur & Mercurium haberemus de illa materia ſuper terram, de qva Aurum & Argentum fiunt ſub terra, benè poterimus Aurum & Argentum de illis facere cum proprietate ſuæ naturæ. Nihil ergò convenit rei, niſi qvod propinqvum eſt ei ex ſua natura. Mercurius eſt in omnibus ſubſtantiis elementatis unus & idem, qvi qvidem Mercurius eſt calor naturalis, qvi producit tàm vegetabilia, qvàm mineralia, licet aliter ad præceptum naturæ, & ſic Mercurius noſter nunqvam eſt viſibilis, ſed tantũ intelligibilis, & ſic patet, qvod eſt in omni re, & in omni loco, hinc omnibus com̃unis. Lullii Codicillus, p. 131.

In noſtro lapide ſunt Sol & Luna vivi, alioſq; Soles & Lunas gignere poſſunt, aliud aurum & argentum ad hæc ſunt mortua. Flamelli Annotationes, pag. 138.

Lapis Philoſophorum invenitur creatus à natura, & Mercurius noſter id eſt Materia, in qva continetur Mercurius Philoſophorum, eſt ille, in qvem natura paululum operata eſt, & in metallicam formam formavit, tamen imperfectum reliqvit. Roſ. Philoſ. pag. 231. Bufo-

Bufonem vidi rubrum, tamdiù ſuccum uvarum bibentem, uſque dum viſcera ſua perrupta fuere. Riplei ſomnium.

Ars ſequens naturam non recipiet argentum vivum ſolum, nec ſulphur ſolum, nec argentum vivum & ſulphur conjunctim, ſed eandem Materiam commixtam, & ex iisdem principiis compoſitam, quam natura præparavit arti, ſicut filiæ provida mater, & conjunxit à principio generationis metallorum, non ſecus ac in lacte butyrum, caſeum, & ſerum. Sed poſtea ars eandem ſeparat & ſequeſtrat, purgatamque denuo conjungit & digerit, calore tantū extrinſeco adhibito, & natura intrinſecus operante, donec ſulphur iſtud externum ab argento vivo ſeparetur. Vogelius, pag. 105.

Ex teipſo quæras, ad quid lapidem noſtrum deducere coneris tum, manifeſtū tibi erit, quòd ex nulla re, niſi ex metallica quadam radice, unde & ipſa metalla à creatore ordinata ſunt, profluit. Baſilius Valentinus, pag. 15.

Cùm dico aqua Mercurialis, noli intelligere Mercurium crudum, ſed Mercurium Philoſophorum rubeæ ſubſtantiæ, extractum à mineris in ſe habentibus materiam de ſulphure & Mercurio, & iſtud Argentum vivum & ſulphur eſt una res, & de una re exit. Dealbate ergò latonem, id eſt, æs cum Mercurio, quia laton eſt ex Sole & Luna, compoſitum corpus imperfectum citrinum, quod cùm dealbaveris, &c. Clangor Buccinæ, pag. 503, 470.

Phi-

Philoſophorum Aurum & Argentum ſunt duæ præcipuæ tincturæ, rubra, & alba, in uno eodemq; corpore ſepultæ, quæ à natura nunquam pervenerunt ad perfectum complementum, ſeparabiles tamen ſunt à ſcoria accidentali & terreſtri lutoſitate, & deinde propriis qualitatibus, terris puris, rubeæ, & albę ita commixtibiles, iisdemque aptisſima habentur fermenta, ut nullo modo indigere dicantur alieno. De hoc ipſo corpore, materia hujus lapidis, tria potiſſimum dicuntur: ſcilicet quòd ſit leo viridis, Aſſa fætida & fumus albus: hoc verò infertur à Philoſophis ex compoſito, ut ſtultis ſecundum propriam ipſorum ſtultitiam reſponderent, illosque multitudine & diverſitate nominis fallerent, tu verò ſemper intellige unum, & realiter ſignificari, quamvis ita accidentaliter, tria dicantur. Nam leo viridis, aſſa fætida, & fumus albus de uno eodemque prædicantur ſubjecto, in quo omnino, & ſemper latent, donec arte manifeſta fiant. Per Leonem viridem ab omnibus quibuscunque Philoſophis intelligitur aurum viride, multiplicabile, ſpermaticum, quod à natura adhuc incompletum eſt, poteſtatem habens reducendi corpora in primam materiam, & efficiendi fixa ſpiritualia & fugitiva, & propterea meritò appellatur leo. Per Aſſam fætidã, intelligimus odorem quendam fætidum, ex corqore immundo in prima diſtillatione exhalantem, qvi asſimilatur per omnia Aſſæ fætidæ fætenti. Ratio quod appellatur fumus al-

albus, eſt hæc, in prima diſtillatione priusqvam aſcenderit rubra tinctura, exſurgit fumus verè albus, ex qvo inſpiſſatur recipiens lactea quadam umbrâ, unde accipit nomen lactis virginei. Ubicunq; igitur notabis ſubſtantiam his tribus proprietatibus dotatam, Nota ipſam eſſe lapidis iſti⁹ Philoſophorum materiam. Dunſtan. pag.3.

Recipiamus ergo materiam unde erit aurum, & mediante noſtro artificio deducitur in verum fermentum. Clangor. p.510.

Materia metallorum eſt qvædam ſubſtantia fumoſa, prima metallorum materia, continens in ſe humiditatem unctuoſam, à qva ſubſtantia artifex ſeparet humiditatem Philoſophicalem, qvæ apta eſt pro opere, qvæ erit tam clara ſicut lachryma, in qva habitat qvinteſſentia metallica, & illa eſt metallum placabile, & eſt medium conjungendi tincturas ideo, qvia habet naturam ſulphuris & argenti vivi, Roſarius Philoſ. p.278.

Res, cujus caput eſt rubeum, pedes albi, oculi verò nigri, eſt totum magiſteriũ. Daſtini viſio, p.2.

Scitote noſtrum latonem eſſe rubeum; ſed inutilis nobis eſt, usq; dum albus fiat. Morien. p.38.

Qvando voles habere mineralia elementa, non accipias de primis, nec de ultimis, qvia prima ſunt multum, imò nimis ſimplicia, ultima verò nimis groſſa. Qvando fames tibi adveniet, accipe panem, dimitte farinam. Qvando voles facere panem, farinam accipe, dimitte ſpicam. Lullii theorica, pag. 34.

Eſt

Eſt materia pura, qvæ eſt materia una, continens in ſe calorem, qvi dat incrementum, & ſua vi habet creſcere & multiplicare in ſua ſpecie, ſicut aliæ res omnes. Eximides, pag. 45.

In metallo noſtro imperfecta ſunt Sol & Luna in virtute & potentia propinqva, qvia ſi non eſſent in ipſo compoſito, non fierent inde neqve Sol, neq; Luna. Arnoldi Epiſtola, p. 491.

Mercurius eſt in omnibus ſubſtantiis elementatis unus & idem, qvi qvidem Mercurius eſt calor naturalis, qvi producit tàm mineralia, qvâm vegetabilia, licet aliter ad præceptum naturæ, & ſic Mercurius noſter nunqvam eſt viſibilis, ſed tantum intelligibilis, & ſic patet, qvod eſt in omni re, & in omni loco, hinc omnibus communis eſt. Lullii Codic. f. 134.

COROLLARIUM.

MOnente Treviſano, Vogelio & diverſis aliis Philoſophis attentè conſiderandum, in qvo Authores maximè conveniant: ibi namq; veritatem latere, eamq; unicam tantum eſſe ac ſimplicem, uno ore affirmant. Ex his igitur recitatis ſelectiſſimis Authoribus illorumq́; harmonia, annuente Numine divino, ſubjectum omnis mirabilitatis, ut à Corn. Agrippa meritò appellatur, unicuiq; innoteſcet, cujus ſubſtantiam, Formam, coloremq;, omnesq; notas & circumſtantias apertis revelavêre verbis. Hinc omninò probatur vivum eſſe ☽m, vel ☽m volatile, vegetabilitatem qvandam in ſe habens, qvod adhuc ſit in

motu, nec ad maturitatem, vel terminum præfinitum naturalis decoctionis in mineris ſit productum. Itemq; argentum vivum immaturum (non vulgi maturum,) qvod proximum metallo in potentia ſit, ideoq; metallum appellatur immaturum, ſecundum Arnoldum, Ripleum, Daſtinum, Morienem, & clangorem Buccinæ, colore rubeo veſtitum, à natura nobis oblatum, qvòd ſi non debito tempore ab artifice à ſua radice decerpatur, priusqvam ſcilicet ad talem maturitatem pervenerit, vel metalli granum unicum in ſe malleabile continuerit, ad opus noſtrũ erit inidoneum. Hoc igitur Philoſophicum Fmbrion, loco debito in ſua immaturitate maturum qværite, & invenietis, uti dicitur in Roſario: Lapis noſter invenitur creatus à natura. Quod intelligendum eſt de materia lapidis à natura compoſita, et in metallicam formam formata, tamen imperfecta arti exhibita, ut per gradus ad plusquam perfectionis gradum exaltetur.

Cap. II.

SOLUTIO.

Aliter opus primum ſive opus Hyemis.

HÆc eſt præparatio, qvâ excæcati ſunt homines, & erraverunt errore longo, cum ignorent hunc lapidem hac præparatione præparatum. Senior. pag. 31.

Si non præceſſerit opus primum, qvomodo devenitur ad ſecundum, qvia ſi nulla fit diviſio, nulla fit conjunctio. Daſtini Speculum, pag. 56.

In ſeparatione elementorum ab iſta terra tubra incipiendum eſt, ſicut purum ab impuro. Arnoldus in Hortulannm, pag. 9.

Sedulo conſiderandum, per qvid fiat hæc diſſolutio, & certè ſcias, qvod non fit niſi per aquam Mercurii, ſcitoq; qvod omne corpus diſſolvitur cum ſpiritu, cui mixtum eſt, & fit procul-dubio ſpirituale. Pandolph. in Turb. 16,

Fili veritatis intellige, qvod nos in prima operatione noſtræ artis purgamus, & præparamus materiam pro ſui ſulphuris creatione: Qva præparata, in ſecunda præparatione componimus, & creamus medicinam, quæ habet tantam virtutem, ut patebit. Ideo primum creare debes ſuum ſulphur, qvia ſine eo non potes facere Elixir completum. Et qvando creaſti ſulphur, tunc incipit opus Philoſophicum. Omni tempore tamen conſiderandum, qvod natura & proprietas, qvæ eſt in ipſo ſpiritu, non ſit combuſta in præparatione ejus per potentiam ignis: qvia tunc ſpiritus non habet potentiam albificandi, aut ſe conjungendi cum terra. Ideo ſæpe accidit, qvod iſti, qui credunt facere aquam vitæ, faciunt aquam mortis, combuſtionis cauſa. Lullii Apertorium, pag. 2.

Vaſibus ſic diſpoſitis aſcendet fumus ſubtiliſſimus in alembico, & ibidem convertetur in aquam

aqvam claram, habentem naturā ſpecierum, ex qvibus generatur, qvæ aqva deſcendit per naſum alembici, &c. Arnoldus in Comment. Hortulani, pag. 16.

Phlegma, in qvo decoqvitur ſulphur noſtrum, qvod dicitur aurum, iſtud eſt, in qvo includitur aer. Eſt enim phlegma noſtrum ſubſtantia & aqva Mercurii prima, in qva principium lapidis eſt, ſcilicet diſſolutio ejus, nec intrat cùm eo, niſi tanqvam humectans partes rerum, non generans vel augens. Lullii Repertor. pag. 1.

Oportet te præparare illam, donec apta ſit ad recipiendum noſtrum Mercurium, quem Mercurium glorioſum appellamus. Et modus eſt, qvòd tu accipias pondus dictæ terræ, & ponas deſuper qvartam partem dicti menſtrui, in qvo eſt talis Mercurius, & ponas in Balneo per ſex dies, & diſtilla, & ſic continua, qvousq; terra ſit diſpoſita ad amplectendam animam, qvod prima nec ſecunda vice fiet, pone ergò iterum atq; iterum in Balneo per ſex dies in vitro optimè ſigillato, poſtea aperi vas, & lentisſimo igne ſuperpoſito alembico humiditatem diſtilla, & iterum pone de menſtruo tuo, in qvo eſt ſemen ſuum, & digere ut ſuprà, & ſic continua, qvousq; terra ſit diſpoſita ad amplectendam animam ſuam. Fili ſignum eſt, qvando biberit & retinuerit qvatuor partes plus ſui ponderis, qvod ſi ſuper laminam auri vel argenti ignitam modicum pones, totum evolabit in fumū. Tunc terra prægnans eſt & præ parata, qvæ debet ſublimari. Lullii Teſtam. p. 15

Primo elevanda eſt cum igne proportionali tota humiditas ſuperflua, & corrupta in illorum eſſentia, etiamq; ſuperfluitas ſubtilis & comburens, & hoc calcinando. Deinde totalis ſubſtantia remanens, corrupta in illorum calce ſuperfluæ humiditatis comburentis & nigredinis, corrodenda cum his prædictis mundatis corroſivis, acutis ſeu acerbis, donec calx fiat alba ſive rubea. Roſar. Philoſoph. pag. 345.

Mercurius noſter fit ex corporibus perfectis, & non imperfectis, hoc eſt, cũ aqva ſecunda, poſtqvam per primam aqvam fuerint debitè calcinata. Scala, pag. 128.

Oportet te extrahere unam aqvam vivam incombuſtibilem, deinde illã congelare cum corpore perfecto Solis, qvod inibi diſſolvitur in naturam & ſubſtantiam albam congelatam, ac ſi eſſet cremor, & totum veniret album. Sed prius Sol iſte, in ſua putrefactione & reſolutione in hac aqva, in principio amittit lumen ſuum, obſcurabitur & nigreſcit, demum elevabit ſe ſuper aqvam, & paulatim illi albus ſupernatabit color, & ſic corpus perfectum Solis accipit vitam, & in tali aqva vivificatur, inſpiratur, creſcit, & multiplicatur in ſua ſpecie, ſicut cæteræ res. Noſtra igitur Aqva eſt fons pulcher, amœnus & clarus, præparatus ſolummodo pro Rege & Regina, qvos ipſe optimè cognovit, & hi illum; nam ipſos ad ſe attrahit, & illi ad ſe lavandum in illo fonte & remanent duos aut tres dies, id eſt, menſes, & hos juveneſcere facit, & reddit formoſos. Hæc

Hæc tria ſe mutuò conſequuntur,ſcilicet humiditas, putredo,nigredo, unde collocetur domus vitrea, & ſubtiliter ſituetur, quousque materia incluſa humida, paulatim eveniat putrida & nigra; Incipit enim putrefactio à principio ſimul cum ſolutione, ſed nondum eſt completa putrefactio, quouſque materia tota in aquam ſit ſoluta. Artephius, pag. 9.

Unum contrariorum excedens deſtruit reliquum, unde terra fit aqva, cum vicerint eam aquæ qualitatts, & è converſo. Hac aqua oportet elicere tria, videlicet ſpiritum, corpus, & animam, unde hæc aqua triplex eſt in natura, quæ habet in ſe aquam, ignem, & terram. Lapidem ſolutum in Elementa dividimus, & ſingulariter abluimus, ut magis ſubtilietur, & melius depuretur, & ut ad libitum complexio firmiùs componatur, pluries autem diſtillamus, ut aqva & aer ſint munda ſine fæcibus, levia ſine ſordibus, pura ſine contrariis, tunc enim abluunt facilius, tangunt uberius, & operantur nobilius. Nam ars taliter, ut dicit Ariſtoteles, ejicit ſuperflua à ſuo opere, ſimiliter & natura. Ignis namque extrahit, quod in interioribus rerum exiſtit, & comedit ſulphureitatem ipſarum, ſubtilians & rareſcens ad volatum. Et ideò ipſa diſtillamus, ut ſuas ſordes ſuaviter extrahamus. Suaviter autem, & cum inhumatione id facimus, ne ignis exceſſus ſubtilitates comburat quæſitas, unde in omni diſtillatione hoc ſignum attende, ut univerſaliter can-

dor

dor inſit,& quæcunq; emanant commixta, ſeorſim repone, qvoniam corruptum eſt opus, ſi aliter feceris. Tantum ergò diſtillamus, qvousqve nullas dimittat fæces,niſi fortè albas, & hoc iteramus ſepties,ut ſua ſimpla puritate ſeptem planetarum ordines tranſcendant. Nam puriſſima & mundiſſima convenit ea eſſe, quæ ſua puritate alia mundare debent & perficere. Et ſecundum diſtillationis qvantitatem erunt clara, ac ſecundùm claritatis pluralitatem mundent & tingent alia. Unde ſepties debet diſtillari, qvòd ampliùs eſt, malum eſt. Qvia qvemadmodum diminutio obeſt, ita augmentum corrumpit.

In qvarta diſtillatione ſeqvitur lavamentum, ut omne ſuum Elementum rectificetur ad partem, unde aqvam & aërem per ſe ſepties diſtillamus. Cùm humore autem omnia diſtillabis, qvoniam combuſtione ſiccitas hoc opus corrumpit. Et præcipiunt Philoſophi, omnem diſtillationem cum inhumatione ſeptem dierum ſemper eſſe faciendam, volentes inter qvamlibet diſtillationem fieri inhumationem ſeptem dierum. Daſtinus in ſpeculo, pag. 96.

Oportet te pro poſſe tuo ſeparationem elementorum exercere. Aqvam & aërem abluere diſtillatione, & terram comburere calcinatione, qvousqve non remaneat in corpore aliqvid de anima, niſi qvod non ſentiatur in operatione, cujus ſignum erit, cùm nihil à corpore evaporabit, ſi de eo parùm laminæ ignitæ fuerit ſuperpoſitum. Roſar. Arnoldi, pag. 418.

Sic-

Sicut infans in novem menſibus omnes flatus aereos exhaurit, & menſtruum converſum eſt in lacteam formam, ita in novem menſibus conficitur primum opus, ſcilicet albedo ſecunda, quia totum coagulatur, opus tamen ſoluitur circa ſex menſes ſecundum authoris experientiam, ſed ſecundum Balgum in turba in 180. diebus. Maſſa Solis & Lunæ, gag. 275.

Non dimittatur aqva ſtare, qvando operationi apta ſit, qvia coagulum ejus cadit in fundũ, coagulatum per frigidum aeris & ſiccum congelans: qùod cuidam ſociorum meorum contigit, qvi per annum ſic invenit: ſed non fuit diſtillata. Maſſa Solis & Lunæ, pag. 274.

Nulla ſolutio fieri debet, niſi in ſanguine proprio vel appropriato, id eſt, aqva Mercurii, quæ dicitur cauda draconis, & illa aqva debet fieri per alembicum ſine omni alia re addita. Roſar. Philoſoph. pag. 223.

Totus curſus operis durat per tempus duorum annorum, unde lapis eſt unius anni, & Elixir alterius omni novo artifici, qvi nunqvam fecit, ſed omni experto, qvi eſt ſubtilis, habetur unus annus, & tres menſes. Qvia ſecundum qvod corrumpitur, ſimiliter generatur. Lullii Theorica, pag. 76.

Accomoda benè ignem in furno & fac, qvod tota materia ſolvatur in aqvam, deinde rege lento igne, donec major pars ſit verſa in pulverem nigrum. Qvia qvando lapis noſter eſt in vaſe

noſtro,

noſtro, & materia noſtra ſentit ſolem noſtrum, ſtatim ſolvetur in aqvam. Ventura, pag. 129.

Putrefactio fit igne lentiſſimo, ita qvod nihil aſcendat, qvia ſi aliqvid aſcenderet, fieret ſeparatio partiũ, qvæ fieri nõ debet, donec maſculus, & fæmina ſint perfectè conjuncti. Roſ. Phil. p. 261.

Putrefactionem impediunt (ut dicit Ariſtoteles) frigiditas aeris circumiens; ſoliditas terræ conſtringens, caliditas ignis diſſolvens, impetuoſitas aqvæ, motus non qvieſcens. Et qvãtitas multitudinis excedens.

Neceſſario autem putrefactionem accelerant & inducunt aeris caliditas, rerum ſubtilitas, ignis lenitas, qvietis ſtabilitas, mixtorum æqvalitas, patientiæ gravitas, & temporis maturitas. Ita tamen, qvod aer temperetur, denſum ſubtilietur, ignis refrenetur, qvies ſervetur, proportio adæqvetur, patientia roboretur, & tempus præſtoletur, qvousqve natura naturaliter procedens ſuum compleverit opus ſumum. Daſt. ſpec. p. 184.

Aqva noſtra dividenda eſt in duas partes, qvarum una parte corpus congelatur, ſcilicet cum ſeptem imbibitionibus & congelationibus, altera verò parte putrefiat & liqveſcat, ut aqva ignea ſupradicta evomatur. Scala Philoſ. p. 151.

Si ad ſtatum rubeum finalem, ante terminum albedinis debitum, in adminiſtrando opus dieducitur corruptione, erraſti, qvod abſit: tunc pro remedio aufer rubedinem cum aqva alba recenti, imbibendo & inhumando. Idem.

Tres ſunt humiditates. Prima eſt aqva, ſecunda eſt aër, medium inter aqvam & oleum, tertia eſt oleum ipſum. Aqva diſtillatur ad perfectæ albedinis ſignum, qvod eſt ſplendor transparens, & fulgens cryſtalli ſerenitas. Et qvi ad hoc ſignũ pervenit, Mercurium habet Philoſophorum, omnia corpora diſſolventem, præcipuè Solis & Lunæ, ob naturæ vicinitatem. Lullii Codic. p. 119.

In noſtro magiſterio toto neceſſarii ſunt tres ſpiritus principales, qvi ſine conſummatione ſuæ reſolutionis non poſſunt manifeſtari, & nominantur alio modo tria argenta viva, & pro argento vivo intellige aqvam, in qva deportatur tinctura. Raimundi Theorica, p. 122. 24.

Si me audietis, ego revera docebo, qvis ſit ille Mercurius tibi maximè utilis.

Scias ergò Mercurios eſſe tres, qvi ſunt claves ſcientiæ, qvos Raimundus ſua menſtrua vocat, ſine qvibus nihil fit rectè, ſed duo iſtorũ ſunt ſuperficiales, tertius eſſentialis Solis & Lunæ; Corpora perfecta cum primo calcinamus naturaliter, ſed nullum corpus immundum ingreditur, excepto uno, qvòd vulgariter à Philoſophis Leo viridis appellatur, qvod eſt medium conjungendi tincturas. Cum ſecundo, qvod eſt humiditas vegetabilis, ambo principalia, materialia & formalia ſolui debent, alioqvi parui eſſent mométi. Cum tertio, qvod eſt humiditas maximè permanens, incombuſtibilis & vinctuoſa, Hermetis arbor in cineres comburitur. Ripleus, p. 25.

Filii

Filii ſapientiæ tres ſunt ſolutiones. Prima eſt crudi corporis : Secunda terræ Philoſophicæ: Tertiam in augmentatione ponimus. Virgo eſt Mercurius, qvia nunqvam in ventre terræ aliqvod corp⁹ propagavit, & tamen nobis lapidem generat, ſolvendo cœlum, hoc eſt, aurum aperit, educitq; animam Incertus de Chemia, pag. 6.

Metalla reducuntur ad primam materiam, qvando rediguntur ad illam primam ſimplicitatem, qvam habuerunt elementa eorum in prima compoſitione, in qva certè fuêre ſpiritus & vapores per naturam perfectibiles ad compoſiti formam. Ventura, p. 12.

Per argentum vivum, intelligitur humiditas illius mixtionis, qvæ eſt humiditas radicalis lapidis noſtri. Ludus puerorum, p. 174.

Præparatio ſpiritus hujus eſt ipſius ſubtiliatio, qvæ per multas diſtillationes perficitur, donec ſplendorem & cryſtallinam conſecutus ſit ſerenitatem. Vogel. pag. 148.

Aqvam rectificatam ſerva ad partem, qvoniam ipſa eſt Mercurius Philoſophorum, aqva vitæ abluens latonem Ariſtoteles, pag. 366.

Totus labor & fatigatio eſt in hoc, ſcilicet elementorum & ſulphuris ſeparatione. Aër à metallis dividi non poteſt, niſi vigeſima vel vigeſima ſecunda diſtillatione, vel trigeſima: & ignis à terra dividi poteſt undecima diſtillatione, & qvot ſunt diſtillationes, tot ſunt putrefactiones, & reiterationes aqvæ & aëris ſimul, ſcilicet aqvæ

culter aſcendit, niſi ſpiritu adjuta. Geber. lib. ſummæ perfectionis, pag. 573.

Vaſe in furno aptè poſito continuetur ignis ſubtus, tunc vapor mareriæ aſcendet in alembicum ſurſum ſubtiliſſimè, & convertetur ibidem in aqvam ſerenam, limpidam, & claram, habentem lachrymæ formam, & naturam omniũ ſpecierum, à qvibus generatur, & deſcendit rurſum per roſtrum cornicis, id eſt, collum vaſis alembici. Et hæc aqva, qvia ſubtilis eſt, ingreditur corp⁹, & extrahit primo animam, deinde reliqvum totum diſſolvit, & in aqvam convertit. Præterea ſciendum, quòd omnia, quæ ſublimantur, duob⁹ modis ſublimantur, quędam per ſe, & qvædam cum aliis, Mercurius autem, cũ ſit ſpiritus, per ſe ſublimatur, terra autem noſtra cũ ſit calx corporis, non ſublimatur, niſi incorporata optimè cum Mercurio. Contere ergo & imbibe, donec fiat unum corpus, qvia corpus non aſcendit, niſi incorporetur cum Mercurio. Ventura, p. 141.

Aurum, & Argentum diſſolve in aqva ſui generis, ſi illam noveris. Vogelius, p. 78.

Et hæc eſt ultima præparatio, ſcilicet ſpirituum cum corpore ſuo, cum contritione & aſſatione multipliciter iteratis, donec videas illa, qvæ qværis in ea. Maſſ. Solis & Lunæ, p. 240.

Doctrinæ filii, ſcitote, qvod totũ opus & regimẽ non fit niſi aqva, cui cõmiſcete Magneſiæ corp⁹, & vaſi ſuo imponite, & os diligenter claudite, ac levi coqvite igne, qvouſq; liqvefiat: calore n. aqvæ facile totũ aqva fiet. Afflictes in Turba, p. 32.

COROLLARIUM.

EX maſſa qvadam minerali coagulata, lucida, rubea, ponderoſa, metallo perfecto in proxima potentia, ſulpur vivum ſpermaticum, & Mercurium vivum immaturum, multiplicabilem in ſe continente, elicitur igne lentiſſimo balnei aqua qvædam inſipida, phlegmatica, qvæ ſi debita proportione terræ iterum reaffundatur, debitoq; tempore digeratur, & abſtrahatur indies paulatim, magis tamen magisq; corpus ſolvendo, reliqva ſimiliter ſolvit elementa, & aerem in ſe includendo, per alembicum diſtillando evehit: aqva & aer viciſſim aliqvoties reaffundi, digeri & abſtrahi debent, donec corpus omninò ſolvatur, repetitis diſtillationibus & inhumationibus. Deinde poſt qvartam diſtillationem ſeparandus eſt aer ab aqva, & per ſe ſepties rectificandus, cùm qvo ignem poſteà à terra nigra abſtrahe, deniqve ignem ab aere ſepara. Aereqve tandem toties terram ſiccã, à ſua humiditate privatam, imbibendo impregna, donec tenebris lux oriatur, & oculis noſtris appareat infans noſter, à multis lucubrationibus exſpectatus, qvi tandem diademate coronatur Rex Regum, cujus ortum ſub Ænigmate Solis orientis in Luna creſcente adorant Philoſophi. Ipſo autem puncto coagulationis, qvæ infrigidatione perficitur, opus Hyemis & occultæ præparationis uno finiri, ore aſſerunt omnes. Et tunc incipit opus ſecundum, & verè Philòſophicum, uti his explicuit

verbis

verbis Angelus noſter Nortunus, Philoſophus eximius. Opus, inqvit, Philoſophicum ſuum non aſſumit principium, priusqvam omne ſit mundum intus, & extrà. Et ſecundùm Attamanum. Opus ſecundùm non fit, niſi à mundato & abluto corpore. Hancq; præparationem, ſive opus primum, laborem appellat ſordidum, & literato indignum judicat, ideò non immeritò opus dicitur mulierum. Sed dulcia non meruit, qvi non guſtavit amara, & qvi hanc abſconditam laborioſamq; præparationem vel ignorant, vel negligent, nec artis fructum, neq; ipſius finem attingent optatum.

Praxis verò formam qvi ex his perſpicuè non intellexerit, ulteriùs opem petat à Raimundo Lullio, Ripleo, Roſario, unde copioſè expiſcari liceat, præſertim ex illorum ſcriptis, in hoc capitulo Semita Semitæ ſuccinctè, ubi illi ſparſim & occultè tradiderunt, elucidatur.

Cap. III.

Pondus in Præparatione.

SI ipſius ponderis qvantitatem neſciveris, ſcientiæ omninò doctrina carebis. Ne obliviſcaris ergo; Qvicqvid debet ſolvere, debet in qvantitate ſolvendum excedere.

Prima autem pars aqvæ, ſecundum Philoſophos, debet terram ſolvere, ad ſeqve convertere.

Unde dicunt aqvam eſſe dividendam, ut cum prima parte ſolvatur 40. diebus, putrefiat, & comburatur, qvousqve in lapidem convertatur, ergo oportet ipſam aqvam excedere terram. Daſt. ſpec. pag. 208.

Cùm ſoluis, ſpiritus excedere corpus, & cum figis, corpus excedere ſpiritum debet; nam ideò eſt ſpiritus, ut ſoluat corpus, & ideò eſt corpus, ut figatur ſpiritus: Tres ergò tertias de humido, & unum de ſicco debes imponere: in principio enim operis tui adjuva opus in ſolutione per Lunã, & in coagulatione per Solem. Idem p. 96. 98.

Aliud eſt pondus ſingulare, aliud plurale, & eſt duplex, primum eſt primi operis, & illud eſt in compoſitione æris, & eſt diverſum ſecundum diverſos. Jam aliud pondus eſt ſpirituale ſecundi operis, & illud eſt diverſum ſecundum diverſos. Maſſa Solis & Lunæ, pag. 177.

Dico, qvod aqva in tres tertias eſt primò dividenda, qvarum prima eſt ad terram imprægnandam atq; dealbandam, duæ autem aliæ tertiæ reſervantur ad terram albam incerandam, & ultimò rubificandam. Nulla tamen tertia, ut dicit Democritus, ſuper magneſiam ingreditur tota ſimul, ſed qvælibet tertiarum in aliam dividitur tertiam, ut ſic novem tertiæ redeuntes ad unam terram numerum denarium compleant perfectum. Verùm tres primæ tertiæ ſunt tres primæ ſaſſaturæ, ad primam dealbationem peragendam, ſex verò reſiduæ tertiæ ſunt ſex partes aqvæ di-

divinæ ad ſecundã dealbationem conſummandam. Nulla tamen iſtarum tertiarum ſimul & ſemel totum ingreditur, ſed unaqvæq; pars ipſarum, una poſt aliam, ſingulariter imponitur, ſuo in tempore, ſuo in opere, & ſuo in ordine. Daſtin. ſpec, pag 177.

Parvus error in principiis, magnum cauſat errorem in principiatis; Ideò ut non erres in primo opere, & ſecundo, æqvalia imponere ſemper præcepimus, ſic enim in ambobus vigebit æqvalitas, ut terra deſiccet, qvantum aqva humectet, Idem, pag. 222.

Qvod ad proportionem attinet, oportet te attendere: Nam in hac multi decepti ſunt; itaq; ne opus tuum corrumpas, ſint tua corpora ſubtiliter limata cum Mercurio, tum æqvali proportione ſubtiliata: unum Solis, duo Lunæ, donec hæc omnia in pultem redigantur, tunc fac tuum Mercurium, cujus qvatuor partes Soli, duas Lunæ jungas, ut decet, atqve hoc modo opus incipias in figura trinitatis. Tres partes corporis, & ſpiritus totidem, & pro unitate partis ſpiritualis una pars ampliùs ſpiritus, qvam ſubſtantiæ corporalis. Juxta Raimundi repertorium hæc eſt vera proportio; Hoc ipſum meus Doctor mihi oſtendit, ſed tres de ſpiritu Rog. Bacho ſumpſit pro una parte corporis, pro qvo vigilavi multas noctes, anteqvam illud percepi, utrumqve verum eſt, ſume tibi, qvot libuerit. Si etiam aqva tua æqvalis fuerit in pro-

portione cum terra, calore menſurato, emerget novum germen ſimul album & Rubeum. Ripleus, pag. 30.

Accipe gummæ candidiſſimæ partem unam, & urinæ vituli albi partem aliam, & de felle piſcis partem, & de corpore gummi, ſine qvo emendari non poteſt, partem unam, & decoqvito per 40 dies, poſtea in calido Sole deſiccato, donec congeletur. Mundus, pag. 88.

Accipe filium tuum chariſſimum, & ſorori ſuæ albæ æqvaliter conjunge, propina illis poculum amoris, qvia benevolentiæ conſenſus res rebus adjungit; Superfunde illis mulſum, donec inebrientur & in partes minimas dividantur. Verumtamen memoriter teneas, qvod omnia munda mundis conveniant, alioqvi ſibi filios generant diſſimiles. Ariſtoteles in tractatulo, pag. 362.

Reſpice præparationem primam ejus, & cogita hanc, qvæ eſt extractio ſpirituum omnium de corpore, & ipſorum mundificatio in aqva ſua. Maſſa Solis & Lunæ, pag. 240.

Tres tertias de humido, & unam de ſicco debes imponere, in principio enim operis tui adjuva opus in ſolutione per Lunam, & congelationem per ſolem. Daſtini ſpeculum, pag 98.

COROLLARIUM.

BErnardus Treviſanus Comes Deo votum præſtitit, ſe nunqvam nudis verbis, aut vulgato ſermone pondus, materiam, aut calores expoſitu-

turum, at ſolum parabolis veris, abſqve diminutione aut ſuperfluitate ad imitationem Sapientum, ut in hoc capitulo, inter reliqvos à Ripleo noſtro Anglo, obſcura ſatis traduntur. verum cautulus artifex ſecum ruminate vel perpendere debet, qvæcunq; nominantur in ponderis compoſitione, ſemper tantummodo de duobus intelligi debere, ſcilicet de aqva & terra: qvæ aliqvando ſub ſpiritu & corpore, aliqvando ſub Mercurio, Sole & Luna, aliqvando ſub ære, & veneno, imò tot infinitis aliis nominibus velantur, qvot & ipſa materia prima. Sed ut in rectam ſemitam qværentes dirigantur, & Riplei nebulæ Solis diſpergantur radiis, proportiones, qvas diſpoſuit, ſuis hiſce attendamus verbis. Sint, inqvit, corpora limata cum Mercurii æqvali proportione, unde intelligendum, qvod terræ & aqvæ æqva ſit proportio, deinde ulteriùs progreditur, & unum præcipit Solis cum duobus Lunæ conjungi: Qvibus ſubintelligentur aqvæ partes duæ ad unam terræ partem.

Ulteriùs etiam progreditur, & Mercurii qvatuor partes Soli, duas Lunæ conjungit, unde obſervandum, qvod qvatuor & duo faciunt ſex partes Mercurii, aqvæ, vel ignis, qvæ commiſcendæ ſunt cum una parte Solis, & altera Lunæ: qvæ dum duas conſtituunt partes terræ, ad prædictas ſcilicet aqvæ partes ſex, conſimilis erit proportio, ut una pars terræ ad tres partes aqvæ. Ut apparet ex ſeqventibus ſuis verbis; ſcilicet hoc modo:

opus

opus tuum incipias in figura trinitatis: & hac clavi reliqva ſua in hoc capitulo referantur ponderis ægnimata. Unde etiam aliorum Philoſophorum referantur parabolæ, dum liber librũ aperit & vix veritas ſine velo ab illis depingitur. Similia namq; ſemper tradunt, veritatem tacent, ut eſſe, & dici mereantur Philoſophi.

Cùm verò numero, pondere, & menſura omnia corpora elementata Animalium, Vegetabilium, ac Mineralınm naturaliter ſint unita, ligata, concatenata, & compoſita, horumq; harmoniâ omnia principia principiata perfectionem attingunt à Deo ordinatam, ac per naturam, ipſius miniſtram completam; non immeritò hæc trinitas, ſcilicet numeri, ponderis, & menſuræ, aurea dicitur Catena; qva, ut in omnibus animalibus, unicuiq; membro ſpecifica ſua conceditur forma, ita hac Catena unum qvodq; membrum connectitur, unitur, ſuumq; præſtat officium. Similiter & in vegetabilibus (cum uno eodemq; modo operatur natura) in uno qvoq; vegetabili præſumere licet, proprium ſuum in compoſitione pondus particulariter obſervari, numernm etiam præfixum florum, & foliorum, necnon menſuram debitam longitudinis, latitudinis & profunditatis. Qvemadmodum mineralia |& metalla etiam debita proportione ponderis elementorum purorum, vel impurorum, temporis menſura debita, numerisq; certis perficiuntur. Qvibus omnibus ritè diſpoſitis omnia florent, inordinatis vero & confuſis fit Chaos, im-

perfectio, & compoſiti diſſolutio. In illorum e-nim concatenatione, & connexione reconditur mirabilis poteſtas artis, & naturæ, nec natura ipſa ſine his conſiſtere, neq; ars aliqvid perficere poterit. Non injuria igitur mirè occultaverunt Philoſophi elementorũ proportionem, & illorum in illorum opere mixturam, qvod, his notis, omnia detexiſſent. Qvantum verò ad noſtrum attinet inſtitutum, pondus ſcilicet operis Philoſophici, principaliter obſervantur hæc tantum: ſcilicet, æqvalia, duo ad unum, tria ad unum, novem ad unum, qvæ qvando, & qvomodo diſtinguenda, Daſtinus noſtras, Philoſophus egregius, luculenter reſeravit ſcilicet: Cum ſolvis, ſpiritus excedere corpus, & cum figis, corpus excedere ſpiritum debet. Qvi ergo tempus debitum putrefactionis ad ſolutionem, tempus imbibitionis, deſiccationis, fermentationis, & incerationis noverit, facili negotio, leviq; certamine, ex prædictis proportionibus eliget, qvæ unicuiq; operis tempori convenient. Et qvi pondera ſciverit, ut inqvit Petrus Bonus, totum noverit magiſterium, & qvi ignorat pondera, in noſtris libris non laboret.

Cap. IV.

Ignis Piloſophicus Qualis?

RECIPE aqvam proportionatam in qvalitate ſecundum naturam corporis, qvod diſſolvere volueris, tali modo, qvod ignis con-

contra naturam non ſuperet calorem naturalé, corrumpitur enim omne complexionatum, niſi ignis naturæ ſibi dominetur. Tres ſunt humiditates, prima eſt aqva caput reſolubilium, ſecunda eſt aër, & eſt medium inter aqvam, & oleum, tertia eſt oleum ipſum, omnium elementorum creativum, & noſtrum finale ſecretum. Lullii practica, fol.175.

Ignis noſter mineralis eſt, & non vaporat, niſi nimium excitetur, cujus proportio ſciatur, ut tantummodo excitet materiam, & brevi tempore ignis ille, absq; appoſitione manuũ, totum opus complebit. Pontanus, pag. 40.

Ignis qvem tibi oſtendimus eſt aqva, & ignis noſter eſt ignis, & non ignis. Senior. p. 29.

Argentum vivum eſt ignis, corpora comburens, mortificans & confringens magis, qvam ignis. Dardarius.

Dico cum Lullio, hanc aqvam ſeu argentum vivum dici ignem à Philoſophis, non qvod intrinſecus de natura ſua calidior ſit oleo, aut humore radicali jam dicto, ſed qvod igne elementari potentior ſit in actionibus ſuis, ſine vi aurum diſſolvendo, qvod ignis facere non poteſt. Vogelius, p. 145.

Conſideret attentè artifex, qvæ ſint vires ignis naturalis, innaturalis, & contra naturam, & qvis cujuſlibet fuerit amicus, vel inimicus. Lullii Codic. p. 37.

Tantum oportet eſſe calorem, qvo aqvam emit-

mittat ſudando, & nullo modo induretur, ſeu congeletur, qvia levi decoctione, contra naturam aliorum, gummi ſudat & coagulatur. Ventura, p. 113.

Qvatuor diverſos habent Philoſophi ignes, naturalem, innaturalem, contra naturam, & artificialem, qvorum operationes diverſas artifex perpendere debeat. Ripleus, p. 38.

Ignibus ſibiipſis obviantibus alter alterum comedit. Roſin. pag 265.

Spiritus eſt aqva ſecunda, de qva omnia prædicta nutriuntur, omne germen vegetatur, omne lumen accenditur, ergo & omnes fructus facit. Aqva prima Sol Philoſophicè calcinatur, ut corpus aperiatur, & fiat ſpongioſum, ut aqva ſecunda meliùs poſſit ingredi ad operandum ſuum opus, qvæ aqva ſecunda eſt ignis contra naturam, cujus virtute fit hujus magiſterii complementũ. Scala, p. 124.

Corpora perfecta cum primo naturaliter calcinamus, ſed nullum corpus immundum ingreditur noſtrum opus, excepto uno, qvod à Philoſophis appellatur leo viridis, qvod eſt medium conjungendi tincturas. Ripleus, p. 26.

Eſt qxædam anima, exiſtens inter cœlum & terram, oriens à terra, ut aer cum aqva pura, cauſa vitæ omnium rerum viventium, decurrens perpetuò ſuper noſtram qvadruplicem naturã, omni ſua virtute producens illam ad meliorem ſtatum, qvæ anima aerea eſt ſecretus ignis noſtræ

Phi.

Philoſophiæ, vocata alias noſtrum oleum, & noſtra aqva myſticè. Idem, pag. eadem.

Mercurius noſter fit ex corporibus perfectis, non imperfectis, hoc eſt, cũ aqva ſecunda, poſtqvam per primam aqvam fuerint debitè calcinata. Albertus, pag. 19.

Vocatur hic humor ignis, qvia in eo, ſicut dictum eſt, calor ſeu ignis naturæ abſconditus ſit, non ſecus atq; animantium calor in humido primigenio.

Aqva, cum ſit heterogenea, terræ ſuæ calorem vel minimum ſentiens, evaporabit ea derelicta, & deſerta.

Anima nihil aliud eſt, qvàm oleum, oleum qvàm aqva. Vogelius, p. 134.

Si qvis eligere norit materiam ejusmodi, qva natura delectatur, eamqve ritè præparatam ſuo vaſi, & furno concludere; Ego, inqvit natura, & ipſe perficiemus absq; mora, modo reqviſitum ignem adminiſtrarit naturalem, contra naturam, non naturalem & absq; ardore. Flamellus, p. 123.

Ideo dicimus innaturalem ipſum, vel non naturalem eſſe, qvia de ſe non naturatur, nec tollit aliqvid naturæ naturatæ, imò potiùs eam adjuvat, mediante exercitatione moderata, ſecundum qvod natura reqvirit in ſuis reformationibus. Lullii Codic. p. 24.

Ignis noſter eſt mineralis, æqvalis eſt, continuus eſt, non vaporat, niſi nimium excitetur, de ſulphure participat, aliunde ſumitur, qvàm de mate-

materia, omnia diruit, ſoluitq́, congelat, & calcinat; & eſt artificialis ad inveniendum, & compendium ſine ſumptu, etiam ſaltem parvo, eſt etiam humidus, vaporoſus, digerens, alterans, penetrans, ſubtilis, aéreus, non violentus, incomburens, circumdans, continens, unicus, & eſt fons vitæ vel aqvæ vivæ, qvæ circuit & continet locum ablutionis Regis & Reginæ, in toto opere ignis iſte humidus tibi ſufficiet, in principio, medio, & fine, qvia in ipſo tota ars conſiſtit, & eſt ignis naturalis, contra naturam, innaturalis & ſine aduſtione, & pro corollario: eſt ignis calidus, ſiccus, humidus, frigidus, cogitate ſuper hæc, & facite rectè, abq; natura extranea. Tertius eſt ille ignis naturalis aqvæ noſtræ, qvæ vocatur etiam contra naturam, qvia eſt aqva, & nihilominus ex auro facit merum ſpiritum, qvod ignis communis facere non poteſt, hic mineralis eſt, æqvalis, & de ſulphure participat, omnia diruit, congelat, ſoluit, ac calcinat, hic eſt penetrans, ſubtilis, incomburens, & eſt fons aqvæ vivæ, in qvo ſe lavant Rex & Regina, qvo indigemus in toto opere, in principio, medio & fine; aliis verò duobus non. Sed tantum aliqvando. Conjunge ergo in legendis libris Philoſophorum hos tres ignes, & procul dubio intellectus eorum de ignibus te non latebit. Artephius, pag. 31.

Pondera ignem, menſura aerem, mortifica aqvam, reſuſcita terram gravem. Daſtini ſpeculum, p. 202.

Per intentam conſiderationem rerum naturalium, non naturalium, & contra naturam debes habere notitiam materialem, & eſſentialem temperamenti per omnes ſuas partes eſſentiales, & etiam accidentales, ut ſcias te regere in dicto magiſterio noſtro, dictis principiis ſic à te comprehenſis. Lullii Theorica, fol. 16.

Qvatuor ſunt ignes principales obſervandi, ad reſpectũ ſubſtantiæ, & proprietatem qvatuor elementorum. Idem, pag. 174.

Licet triplicem ignem, ſcilicet naturalem, connaturalem, & contra naturam, aliosq; diverſos modos noſtri ignis in libris noſtris pertractavimus, unum tamen ignem ex pluribus rebus compoſitis volumus ſignificare, & eſt maximum ſecretum in hujus cognitionem pervenire, cum non ſit humanum, ſed angelicum, hoc cæleſte donum revelare. Lullii teſtament. pag. 78.

Fili, noſtrum argentum vivum, vel pars illius eſt aqva diſtillata à terra ſua, & terra ſimiliter eſt noſtrum argentum vivum, animatum, & anima eſt calor naturalis, qvi ſtat colligatus in prima eſſentia elementorum argenti vivi. Idem.

In ignis ſtructura alii diſſentiebãt ab aliis, qvamvis ad eundem ſcopũ tenderent omnes, ut nempe fiat ad hunc modum, ne fugiens priùs avolet, qvam ipſum perſeqvens, qvocunq; modo pararetur ignis. Bernardus Comes, pag. 40.

Ignis, qvem tibi oſtendimus, eſt aqva & ignis noſter, eſt ignis, & non ignis. Scala, pag. 148.

Lo-

Loqvens de ignibus Raimundus in compendio animæ dicit; notandum, qvod hic jacent contrariæ operationes, qvia ſicut ignis contra naturam diſſolvit ſpiritum corporis fixi in aqvam nubis, & corpus ſpiritũ volatilem conſtringit in terram congelatam; ita contrariò ignis naturæ congelat ſpritum diſſolutum corporis fixi in terram glorioſam, & corpus ſpiritus volatilis fixum per ignem contra naturã reſolvit, non in aqvam nubis, ſed aqvam Philoſophorum. Scala, pag. 126.

Aqva, ex qva ſponſi balneum fieri debet ex duabus pugilib⁹, intellige ex duabus contrariis materiis prudẽter magna cura conficiatur, ut adverſarius unus alterũ propellat, Baſil. Valentin. pag. 32.

Qvascunq; actiones nominant, intellige ſemper hæc fieri actione caloris ignis certi, qvi non facit ſublimare, qvi ita lenis eſt, nec debet aliqvem fumum naturaliter elevare propter ſui debilitatem, unde ſi talis eſt, qvaſi elevet, nec elevet, bonum eſt. Roſinus ad Sarratant. pag 286.

COROLLARIUM.

SI qvis Philoſophorum dicta in hoc capitulo trutinare velit rectè, Sole clariùs eluceſcet modus æqvivocationum; Ut enim alibi opus ſecundum nomine operis primi depinxerunt: ſic in hoc capite aqvam ſecundam aqvam nominant primam, & aqvam tertiam ſecundam, qvemadmodum apparet in Scala, pag. 123.

Ubi dicitur, qvod aqvâ primâ Sol calcinatur, ut aqva ſecunda meliùs poſſit ingredi,& iterum, aqva ſecunda eſt ignis contra naturam. Similia etiam profertRipleus ſua in præfatiuncula. Unusqvisq; verò artifex noverit,aqvam primam eſſe phlegma tantũ, vel ignem innaturalem,qvia de ſe non naturatur, nec tollit aliqvid à natura naturata, ipſumq; in idoneum eſſe ad corpus aliqvod perfectum calcinandum vel præparandũ, ſed hoc opus ad ignem naturalem pertinet, ſcilicet ut in illa aqva ſecunda, ſive igne naturali calcinetur & præparetur corpus perfectum, ut poſtea in aqva tertia ſive igne contra naturam, ſoluatur. Sed qvemadmodum opus ſecundum appellant opus primum, qvia nihil intrat in illud opus, qvod non fuerit purificatum, mundatum, & purgatum in primo opere. Sic etiam nolunt hic recitare aqvam primam pro ſua aqva, dum phlegma tantummodo ſit,nec intrat opus Philoſophicum. Sed nominant ſecundam primam,& tertiam ſecundam, qvod ex induſtria faciunt, ut ignaros decipiant & ſeducant. Ejusdem farinæ fuit etiam Artephius, dum ignis naturalis nomen, cum nomine ignis contra naturam, confundere hiſce conatur verbis. Tertius, inqvit, eſt ignis ille naturalis aqvæ noſtræ, qvæ vocatur etiam contra naturam, qvia eſt aqva, nihilominus ex auro facit merum ſpiritum, qvod ignis communis facere non poteſt: his vero æqvivocationibus in errorem maximum unusqvisq; inexpertus

pertus facillimè inducitur. Sed qvemadmodum totius medicinæ theorica trium rerum explicatione comprehenditur, ſcilicet naturalium, non naturalium, & contra naturam. Sic totum illud opus Hermeticum & divinum igne perficitur, naturali ſcilicet, non naturali, & contra naturam, qvi à Philoſophis nomine velantur ignis, qvamvis nobis appareant in forma aqvæ claræ, puræ, cryſtallinæ, qvi corpus Phyſicum cruciant, calcinant, exanimant, inanimant, tandemqve plusqvamperfectum reddunt, qvod nec ignis communis violentia, nec aqvarum corroſivarum virulentia, nec ſpiritibus alicujus animalis, vegetabilis, vel alterius mineralis præſtari poterit. Et qvi hæc menſtrua, hos ignes, has aqvas, iſtos Mercurios, non noverit ex unico noſtro ſubjecto eruere, ſeparare, rectificare, & componere, Clavem totius operis ignorat. In his ergo inſudandum.

CAP. V.

Lapidis Ortus.

PARTUS terræ fit per viam ſublimationis inventæ, cum igitur terra conceperit & biberit de aqva Mercurii, qvantum ſufficit, cognoſcere poteris per ejus volatilitatem & ſpoliationem fæcum à ſubſtantia puriſſima, dum aſcendet ad modum puriſſimi pulveris & albiſſimi, vel folio-

liorum Lunæ,aut talci ſplendidi. Cum autem videris naturam terræ puriſſimæ ſurſum elevatam, & tanqvam rem mortuam aludel ſpondilibus adhærere,tum ſublimationem ſuper eam reitera ſine fæcibus,inferiùs remanentibus, qvoniam pars illa fixa cum fæcibus adhæreret, & tunc per aliqvod ingenium ab illis ſeparare non poſſet aliqvis.Lullii Cod.pag.193.

Fili ſcias, qvod iſtud eſt caput generale ad omnem ſublimationem Mercuriorum. Tunc recipe terram prægnantem, & pone in vaſe ſublimatorio lutato & bene clauſo, in igne tertii gradus per viginti qvatuor horas, & ſublima purum ab impuro, & ſic habebis vegetabilem Mercurium,ſublimatum,clarum, reſplendentem,in ſale mirabili, qvod nos appellamus propriè ſulphur vegetabile, Sal armoniacum, ſulphur noſtrum,ſulphur naturæ, & multa alia huic nomina imponimus.Lullii teſtam.pag.4.

Adveniente aqva,id eſt, argento vivo in terra, creſcit & augmentatur, qvia terra dealbatur, & tunc imprægnatio vocatur,deinde fermentum coagulatur, id eſt,conjungitur cum corpore imperfecto præparato, uti dictum eſt, qvousq; fiat unum colore & aſpectu, & tunc dicitur Ortus, qvia tunc natus eſt lapis noſter,qvi vocatur Rex à Philoſophis. Semita Semitæ,pag.144.

Fili, ſignum eſt qvando biberit & retinuerit qvatuor partes plus ſui ponderis, qvod ſuper laminam auri, vel argenti ignitam modicum ponas

nas,totum qvaſi evolabit in fumum; qvod ſi ita non fecerit, reitera, qvousq; tale ſignum appareat. Lullii teſtament.pag.36.

Ad hunc autem diem criſis, & partus vel ortus lapidis, qvi eſt terminus totius conſummationis operis,cognoſcendum;oportet diem præcognoſcere indicantem, cum ipſum ſit ſicut ſignum, & indicata,ſicut ſignata. Ibi etenim eſt operis perfectio,aut annihilatio, qvoniam in ipſa die, imò hora oriuntur elementa ſimplicia, depurata ab omnibus inqvinamentis, qvæ egent ſtatim compoſitione anteqvam volent ab igne, & convertantur in terram,id eſt,fixione,& non prius nec poſterius Petrus Bonus,pag.127.

Et cum videris illud albiſſimum, excedens nivem albedine ſua, & qvaſi mortuum aludelis ſpondilibus adhætere, tunc reitera ſublimationem ejus,ſine fæcibus. Geber in lib.ſummæ perfect. pag.169.

Cum hic Mercurius oritur,ſimul cum eo in ventre ſuo oritur Sol & Luna. Ventura,pag.170.

Toties teiterandum eſt cælum ſuper terram, donec terra fiat cæleſtis & ſpiritualis, & cælum fiat terreſtre & jungatur cum terra. Scala.pag.121.

Argentum vivum terræ redde, ſimul decoqve & ut priùs ſublima, idqve reitera nonies, vel duodecies, ſemper augendo ignem in fine, donec terra freqventi ſublimatione, & ignis calcinantis vi evaſerit alba, & ſpiritualior jam facta,ſubtilior ejus pars cœperit nonnihil aſcendere

à fundo vaſis, & ejus lateribus adhærere. Hæc autem terræ mundatio, qvæ ſublimatione peragitur, omninò neceſſaria eſt, anteqvam opus Phyſicum incipiat. Vogelius, pag. 228.

Argenrum vivum exuberatum, id eſt, terra corporis, cum menſtruo ſimul tranſiens per alembicum, eſt ſulphur naturæ, eſt ſpiritus metallorum ſublimatus, & converſus in terram foliatam, qvæ eſt prima, & proxima materia metallorum. Clangor Buccinæ, pag. 480.

Combure ergo ipſum igne ſicco, & pariet filium, & cuſtodi ipſum cautè, ne effugiat in fumum, & hoc eſt, qvod dicit Philoſophus in turba: Terram dealbate, & igne citò ſublimate, qvousq; exeat ex ea ſpiritus, qvem invenies, & dicitur Avis Hermetis; nam qvod ſuperius aſcendit, eſt efficax munditia, qvod verò ad ima labitur, fæx & corruptio. Hic ergo eſt cinis extractus à cinere, & genitum Philoſophorum, terra alba foliata, in qva ſeminandum eſt aurum. Ariſtoteles pag. 371.

Collige cautè, qvod in medio ſublimatum inveneris, ne fugiat in fumum, qvoniam illud eſt approbatũ qvæſitum bonum, melius, optimum, terra alba foliata, coagulans ut coagulum agni, cinis cinerum, ſal naturæ, infans generatus, prima & proxima materia metallorum, & primũ ſubjectum, in qvo ſunt elementa propria ejusdem, naturæ ſcilicet naturatæ, humida & temperata debent reduci atq; figi, donec fluat cum ſuo fermento, ſicut cera ſine fumo, & omnem patiatur

ignem

ignem. Operare ergò cum eo ad argentum, & incipias citò magiſterium, nec inveteraſcat ſine commixtione, qvoniam aſſumere eam non debes, niſi recenter poſt partum cum ſanguine ſuo Lullii Codicillus, pag. 117.

Si parum de ſublimando & mundum exierit, adhuc parvus erit ignis: Augeatur ergo. Si vero multum & immundum, tunc ſuperfluus eſt, ſubtrahatur ergo ignis. Si autem multum & mundum, tunc proportio inventa eſt. Daſtini ſpeculum, pag. 48.

Pulvis aſcendens à fæcibus ſuperius eſt cinis à cinere extractus, ſublimatus, honoratus, qvod verò remanet inferius, eſt cinis cinerum, cinis inferior, vituperatus, damnatus, fæx, & ſicut ſcoria. Fac ergo agnitionem inter clarum & limpidum ejus, qvoniam cum albisſimum ut nix aſcenderit, completum erit, collige eum cautè, ne evolet in fumum, qvoniam ipſum eſt qvæſitũ bonum, terra alba foliata, congelans congelandum. Roſarius Arnoldi, pag. 427.

Calx ſeu corpus debet ſæpius imbibi, ut poſſit deinde ſublimari, & magis adhuc purgari, qvàm antea, qvia calx ſurſum omnino non, aut difficulter ſcandit, niſi ſpiritu adjuta. Geber libro Summæ perfectionis, pag. 172.

O natura qvomodo vertis corpora in ſpiritum, qvod non fieret, ſi priùs ſpiritus non incorporetur cùm corporibus, & corpora cum ſpiritu fierent volatilia, & poſtea permanentia. Reci-

pit ergo compoſitum, mundationem per ignem noſtrum humidum, diſſolvendo ſcilicet & ſublimando, qvod purum & album eſt, ejectis fæcibus, ut vomitus, qvi ſponte fit. Nam in tali diſſolutione & ſublimatione naturali fit elementorum deligatio, mundificatio, & ſeparatio puri ab impuro, ita ut purum & album aſcendat ſurſum, & impurum & terreum fixum remaneat in fundo vaſis, qvod eſt dimittendum & removendum; qvoniam nullius eſt valoris, recipiendo ſolum mediam ſubſtantiam albam. Et in hoc completur Philoſophica noſtra ſublimatio & naturalis, non in Vulgari iniqvo Mercurio, qvi nullas habet qvalitates ſimiles illis, qvibus ornatur Mercurius noſter, extractus à ſervo rubeo. Arteph. fol. 21.

Non permanet pars prima niſi alligetur ſecundæ, in eadem hora. Idem.

Oportet, qvod finis reſtituatur ſuper ſuum principium, & principium ſuper finem. Idem.

Cum animam candidam artifex viderit ortam, ſuo corpori eodem momento conjungat. Cum generata fuerit aqva munda & candida, oportet, quod ei terram conjungamus eadem hora.

Et ſecundum Platonem, igneitas contrariatur in hora coagulationis.

Et ſecundum Daſtinum, per acceſſum frigoris benè poterit aqva in ſiccum verti. Idem.

Una & eadem res eſt in ſubjecto, habens omnes

mnes iſtas proprietates & operationes, dum enim in liqvefactione permanet, ratione ſubtilitatis dicitur ſpiritus, ſine qvo ſpiritu non poteſt fieri generatio animæ & corporis, neq; conjunctio. Unde in toto magiſterio dominatur ſpiritus in actu, usq; qvo generetur anima & corpus; dum autem volare poteſt ab igne, dicitur anima, dum autem manet in igne, & perſeverare poteſt, dicitur corpus. Si ergo tempore generationis anima ſteterit in igne, & prævaluerint vires per vim ſpiritus, tunc volat ab igne, & trahit ſecum corpus ad volatum, & permanet operans vacuus à propoſito, & exſpectat, qvod jam venit, & jam receſſit, & nunqvam de cætero eſt venturum, & videtur mirabile ei. Si autem prævaluerint vires corporis tunc ſuper vires animæ, per æqvalitatem ſpiritus converſum de actu in habitum, tunc corpus retinet animam omninò, nec unqvam habet vim fugiendi ab igne, & operans tunc habet propoſitum, qvod habuerunt antiqvi, & tunc ſpiritus permanet cum eis ſemper, qvandoqve in actu, qvandoqve in habitu. Intuitus autem eſt neceſſarius omninò præſertim, cum in fine decoctionis, tum ſublimationis, ut ablatis omnibus ſuperfluis, videat artifex candorem mirabilem & terribilem, & ſtatim inveniat ſibi reqviem poſt hanc conſummationem laboris, tunc enim infrigidando Lunam Sol occultarur in intimis ejus, & oriens conjungitur Occidenti, & cœlum terræ, & ſpirituale

corpo-

corporali, unde dicitur in Turba: Scitote, qvod vos non tingetis purpureum colorem niſi frigido. Et Hermes, cujus natura fuerit calida, ſi frigus eum invenerit, non nocebit ei. Et Avicenna: Scias, qvi evaporaverit totum, bene operatus eſt, infrigida ergo ipſum, tunc enim manifeſtatur occultum, & occultatur manifeſtum infrigidando. Et hæc infrigidatio fit cum reqvie, in qva eſt nulla operatio manuum, cum ſit finis operationis. Margarita precioſa, pag, 204.

Iſta terra, ſic cum menſtruo mixta, dicitur argentum vivũ exuberatum, qvod citò collige, & dum recens eſt, poſt ortum ſuum ponas illud in aqvam metallorũ in digeſtione, in tripode athanoris. Lullii teſtament. pag. 21.

Hic eſt noſter Mercurius ſublimatus, & fixus factus, ex alba & alterata terra corporum, aſſurgens primum mirabiliter virtute & auxilio aquæ, hic eſt ille Mercurius, pro qvo inepti & idiotæ aſſumunt ſibi compoſitum, ex communi vitriolo, & ſale ſublimatum, in qvo hallucinantur. Dunſt. pag. 18.

Qvantum poteris, ipſum corpus ſublima, & cum Mercurio mundo coqve, & cum aliqvam Mercurii partem corpus in ſe hauſerit, ſubtilia igne cito & fortiori, qvo poteris donec aſcendat in ſimilitudine albisſimi pulveris, in modum nivis adhærens ſpondilibus aludel. Cinis verò in fundo manens eſt fæx, & ſcoria corporum vituperata & abjicienda, in qva nihil vitæ habetur,

ha-

qvia pulvis leviſſimus, qvi modica ſufflatione evaneſcit: qvoniam non eſt niſi ſulphur pravum à natura excluſum.

Tunc abjectis fæcibus itera per ſe ſublimationem albiſſimi pulveris ſine fæcibus ſuis, donec figatur, & qvousq; non dimittat aliqvas fæces, ſed aſcendat puriſſimè ad modum nivis, qvæ eſt noſtra pura qvinteſſentia. Et tunc habebis animam tingentem, coagulantem, & mundificantem, & ſulphur, & arſenicum non urens. Qvo poſſunt uti Alchymiſtæ, ut cum eo faciant argentum. Clangor. Bucc. pag. 519.

Neceſſariò cum generata erit aqva munda & candida, oportet, qvod ei terram jungamus eadem etiam hora; & conjunctis iſtis duobus omnia qvatuor conjuncta erunt, & tunc perfectum eſt opus, & ſi non conjunguntur, tunc aqva reſolvitur in fumū cum terra, & per conſeqvens alia elementa per vim & perſeverantiam ignis, & ſic annihilatur opus. Propter qvod oportet artificem cognoſcere elementa ſimplicia penitus; anteqvam ipſorum compoſitionem incipiat, ut ſciat ea rectè componere, ad conſtitutionem compoſiti. Petrus Bonus, pag. 221.

Si in terra remanſerit aliqvid partium puriorum, qvod animadvertere poteris ex albedine qvadam intermicante, ne tædeat eam cum Mercurio eodem iterum commiſcere, denuo decoqvere, & tandem, ut dictum eſt, ſublimare, donec nihil purioris eſſentiæ in ea reliqvum ſit. Vogelius, pag. 209.

In

In extremo judicio mundi per ignem mundus judicabitur, ut qvod priùs à magiſtro ex nihilo factum, rurſus per ignem redigatur in cinerem, ex qvo cinere Phœnix tandem pullos ſuos producat, nam in ejusmodi cinere latet verus & genuinus tartarus, qvi ſolui debet, & poſt ſolutionem ejus ſera fortiſſima conclavis Regis aperiri poteſt. Baſilius Valentinus. Clavi 4. p. 23.

Tibi monſtravimus aqvam noſtram poſt congelationem cum ſuo fermento: qvæ tunc qvidem dicitur noſtra magneſia, & ſi aqvas noſtras intelliges, viva argenta etiam intelliges. Lullii teſtament. fol. 108.

COROLLARIUM.

IN hoc capitulo apertè explicatur fabula illa de Phaëthonte, in Ovidii Metamorphoſi; & Dædali cum filio ſuo Icaro, qvi cum alas ſibi ex pennis paraverant, eaſqve cum cera ſibi appendiſſent, cumqve his volaſſent extra labyrinthum per aerem; Icarum nimis altè volantem in mare cecidiſſe referunt, in qvo ſubmergebatur, qvoniam ſol ceram liqvavit. Per patrem Dædalum intelligitur ſulphur naturæ ſublimatum, & Philoſophicè coagulatum. Per Icarum idem ſulphur ſublimatum, ſed in debito regimine artificis, ac ignis violentia continuata liqvefactum in aqvam, & in mari mortuo tumulatum. Similiter etiam his exponitur fabula illa monachi noſtri Rogerii Bachonis Angli, de qvo referunt. Æneum

neum ſe compoſuiſſe caput, cujus cuſtodiam in longis lucubrationibus ſervo ſuo commiſit, ut dum vires ſomno refocillaret, attentè tempus obſervaret, qvod qvam primum vocem efferret, eodem ipſo momento expergefieret: Servo verò ſomno obruto, Æneum illud caput hæc protulit verba. Tempus eſt, & poſt horam iterum. Tempus præteriit. Unde ex illorum negligentia vita privatum fuit opus, & annihilatum. Qvod etiam apparet aſſeveratione Petri Boni Philoſophi eximii hiſce verbis.

Si tempore generationis anima ſteterit in igne, & prævaluerint vires per vim ſpiritus, tunc volat ab igne, & trahit ſecum corpus ad volatum, & permanet operans vacuus à propoſitio, & exſpectat, qvod jam venit, & jam receſſit, & nunqvam de cætero eſt venturum, qvia iterum commiſcetur cum terra damnata illa, unde impoſsibile eſt iterum ſeparare.

Sed ut non invenitur terra damnata, niſi ſeparetur purum ab impuro, nec dicitur purum, qvod in ſe continet fæculentiam, ex conſeqventia præparandum eſt ſummo labore, nec minore vigilantia ſubjectum noſtrum Phyſicum, à natura nobis priùs compoſitum, & in metallicam formam formatum, taliter, ut in primam reducatur materiam, noſtroqve artificio, ſcilicet elementorum ſeparatione, putrefactione, imbibitione, ſublimatione, conjunctione, nova tandem oriatur forma:

qvæ

qvæ baſis ſit operis Philoſophici, ſicut in hoc capitulo conſtat. Unde elucidatur dictum illud Artephii: Qvod nō permanet pars prima, niſi alligetur ſecundæ etiā in eadem hora. Illa verò alligatio fit coagulatione, illa coagulatio fit in frigidatione, etiam illa hora, qva Artifex viderit & judicio ſuo perſpexerit, totam illam ſubſtantiam puriſſimam à terra ſua damnata ſublimatam. Qvod qvidem Arcanum Arcanorum, ab omnibus Philoſophis variis ænigmatibus velatum & cælatum, ſparſimqve in illorum libris diſperſum, hiſce paucis adeo lucidè patefactum eſt, ut à nullo hactenus. Et hæc eſt præparatio, in qva, ut dicit Senior, excæcati ſunt homines, cum ignorant hunc lapidem hac præparatione præparatum.

Cap. VI.

Pondera ſecundi Operis.

IN opere magiſterii noſtri non egemus niſi unico vaſe, una fornace & una diſpoſitione, qvod intellige poſt præparationem lapidis, Roſar. Philoſophorum, pag. 240.

Opus ſecundum eſt, aqvam & ignem in terram vertere, & aerem in unam ſubſtantiam ſimplicem ex ſimplicibus compoſitam. Daſtini ſpeculum, p. 106.

Si medicinas æqvaliter imponas, errorem non ſenties, ſi vero addas, vel minuas ad emendatio-

dationem recurras, unde ſi diluvium emerſerit, regionem ſubmergit, ſi verò ſiccitas nimia acciderit, radices herbarum comburit. Qvi ergo æqvali parte corpus putrefacit, qvousq; exſiccetur, facit totum unum corpus album. Inſimul enim inſpiſſantur, incinerantur, & ſiccantur. Et hoc eſt caput mundi; Operis ergo pars parti reſpondeat æqvaliter, ut dicit Democritus. Idem, pag. 122.

Principio accipe noſtros lapides, ac ſepelias unumqvemqve in ſepulchro alterius, æqvabiliqve inter ſe jungas connubio, ut ſimul concumbant ſex hebdomadis, tum foveant ſuum ſemen, naturalem conceptum nutriant ac conſervent, toto illo tempore à fundi ſui ſepulchri non aſſurgentes. Qvod ſecretum multos fallit. Ripleus, pag. 44.

Sic etiam in noſtra conjunctione intellige, qvod mas, Sol noſter, debet habere ſuæ aqvæ partes tres, & illius uxor novem, qvæ debent ad ipſum eſſe tres. Ripleus, pag. 39.

Non poſſumus propriis manibus operari in Mercurium, ſed cum decem ſpeciebus, qvas manus noſtras appellamus, in hoc opere, id eſt, novem partes aqvæ, & decima terræ. Maſſa Solis & Lunæ, p. 257.

Cum verò tres partes aqvæ ſuæ rubeæ fuerint ſecum, per hunc modum ſublimetur vice poſt vicem cum eo, donec figatur deorſum. Roſar. Arnoldi, p. 449.

In hoc Mercurio mundo mitte corpora munda, æqvali lance librata. Idem, pag. 447.

Coq; ipſum ad Solem calidum, qvousq; ſiccaverit ſuam aqvam, qva exſiccata iterum pinſa ipſum cum aqva ad pondus ſuum, & coqve ad Solem, qvousq; ſiccatur in lapidem, hoc pluries facito, donec decuplum de ſua aqva biberit, fiatq; ſiccus, durus, & rubeus. Daſtini ſpeculum, pag. 190 134.

Fili, oportet te terras ſulphurum antedictorum, id eſt, auri & argenti ſimul miſcere, & præparare, dando ſibi qvartam partem ſui ponderis dicti menſtrui, digerendo & deſiccando, ut in Creatione ſulphuris fit, qvousq; biberit qvatuor partes de dicto menſtruo, & ſit diſpoſita ad ſublimandum; Qvam ſublimabis in igne qvarti gradus. Lullii teſtamentum, p. 24.

Accipe de ſincero corpore partem unam, & ex alio Ære tres, & commiſce aceto. Senior in Turb. Oportet aqvã novies excedere terram, ut dicit Dioſtenes, ſi nimis de aqva ſimul imponatur, in terra non continetur, ſi verò nimis ſubtrahatur, terræ non jungitur. Unde tota aqva non eſt terræ ſimul imponenda. Divide ergo ipſam in tres partes, & qvamlibet illarum in aliam tertiam, qvoniam ſic poteſt unus dimicare meliùs contra unum, qvàm contra numerum plurimorum. Commiſce calidum cum frigido, & humidum cum ſicco & fiet mixtum temperatum, nec calidum, nec frigidum, nec humidum, neq; ſiccum

eam: nam unum obtemperat alteri, mixtum faciens adæqvatum. Daſtini ſpeculum, p.177.134.

In magnis aqvis facilè qvis ſuffocari poteſt, & aqvæ parvæ non difficulter calore Solis exſiccantur, ut nullius reſpectus ſint. Idcircò ad obtinendam optatam metam, certa menſura in commixtione Philoſophicæ liqvoroſæ ſubſtantiæ obſervanda erit, ne majus minorem portionem ſuperet & opprimat, qvo generatio prohibeatur, & ne minus nimis imbecillum ſit, qvo & æqvale dominium exercere poſſit. Nam pluviæ nimiæ fructibus inutiles ſunt, & ſiccitates nimiæ nullam veram perfectionem producunt. Qvocirca ſi Neptunus balneum ſuum legitimè præparaverit, aqvam permanentem benè ponderes, ſeduláq; cura conſideres, ne qvid nimis, aut minus illi facias. Baſilius Valentin. p.42.

Accipe de aqva rubrá & alba, tantum de una, qvantum de alia, ad pondus, & pone illas duas aqvas ſimul in cucurbita de vitro facto, forti & ſpiſſa, habenti os ſicut urinale, poſteà tota aqva erit citrina, vel ſatis citò, & ſic erit perfectum verum Elixir ad utrumq;, & perfecta imprægnatio, & verus coitus. Arnoldus in Commentar. Hortulani, p.34.

Regina, novem ſuffulta puellis, decenter cubiculum obſervet tanti Regis, & ſic prolapſu temporis ex denario numero ſtatues unitatem. Daſtini Epiſtola, fol. 2.

In hoc magiſterio ignis regimen obſervari de-

 bet.

bet, ne humidus liqvor juſto citius exſiccetur, ac terra ſapientum nimis citò colliqvefiat, & ſolvatur. Alias ex piſcibus ſalubribus in aqvis tuis ſcorpiones generabis. Baſil. Valent. pag. 10.

Qvascunq; actiones nominant, intellige ſemper, hæc fieri actione caloris ignis certi, qvi non facit ſublimare, qvia ita lenis, nec debet aliqvem fumum naturaliter elevare. Roſar. p. 287.

COROLLARIUM.

NE forſan Ripleus & Daſtinus, noſtrates Philoſophi eximii, inter ſe diſſentire in hoc capitulo nonnullis videantur, dum Ripleus æqvales recipit partes, æqvabiliqve jungit conjugio. Daſtinus vero affirmat, aqvam debere novies excedere terram, ut ſic in denario, qvi numerus eſt perfectus, conſummetur totum opus. Apparentem hanc contradictionem operæ pretium duxi reconciliare. Uti ergo, qvi benè diſtingvit, benè docet, ſic qvicunq; hìc noverit temporis diſtinctionem, ipſo facto iſtius modi habebit ſolutionem.

Ripleus etenim primò loqvitur de prima compoſitione in opere ſecundo Philoſophico, ubi terra & aqva pura, exacte prius præparata, æqvaliter ſint conjungenda, æqvali proportione. Daſtinus verò, poſt operis ſecundi perfectionem, de imbibitionibus illam ſuam ſententiam profert: & ſic dum diſtinguuntur, intelliguntur, idq; levi labore. Sed qvid ſibi velit his verbis Ripleus, ut ſcilicet ſimul concumbant ſex hebdomadis, toto

illo tempore à fundo ſui ſepulchri non ſurgentes, interrogandum, perſcrutandum, dum affirmat ſecretum eſſe, qvod multos fallit? Iſta fit conjunctio, ut ſicut pullus ex ovo poſt putrefactionem perficitur, ita poſt hanc conjunctionem, & debitam putrefactionem, perveniatur ad operis complementum. Scire ergo oportet, ſi qvid per putrefactionem naſci debeat, ut hoc modo eveniat, neceſſe eſt. Terra per occultam & incluſam humiditatem in corruptionem aut deſtructionem qvandam reducitur, qvod initium eſt putrefactionis, qvæ tali temperato calore foveri debet, ut à compoſito nihil exhalet, vel ſublimetur ad ſummitatem vaſis, ſed ſimul maneant mas & fæmina, materia & forma, agens & patiens. Aqva in terra, & terra ab aqva inſeparata, ut qvaſi ovi vitellum in cuticula, incluſa contineantur; donec putrefactionis tempus retinacula ſoluat, qvod citius non fiet, qvàm qvadraginta dierum ſpatio: ut namq; natura ſubitas odit mutationes, ſive alterationes: ſic nulla fit putrefactio, niſi tempore longo & ſtatuto, ut facetè Daſtinus. Putrefactionem promovent & inducunt aeris caliditas, rerum ſubtilitas, ignis lenitas, qvietis ſtabilitas, mixtorum æqvalitas, patientiæ gravitas, & temporis maturitas, itaq; cum qvoqve aer temperetur, denſum ſubtilietur, ignis refrænetur, qvies ſervetur, proportio adæqvetur, patientia roboretur, & tempus præſtoletur, qvousq; natura naturaliter procedens ſuum compleverit opus.

Ut verò ad propoſitum redeam, & corollarium corollario addam; Obſervandum eſt, qvod in præparatione tres aſſumuntur ſpiritus partes ad unam partem corporis imperfecti, & poſtremo circa tempus ortus, tres aſſumuntur partes corporis imperfecti ad unam partem ſpiritus, & hoc non ſemel, ſed ſæpius; In opere vero ſecundo, qvod à Philoſophis appellatur opus primum, jungitur primò pars cum parte, deinde tres corporis partes cum una de ſpiritu, idq; ſæpius pro imbibitionibus, tandemq; tres ſpiritus ad unam partem corporis perfecti pro inceratione, ſive fermentatione, qvibus perficitur opus noſtrum myſticum, divinum, & plus qvam perfectum, ſine numero excedens gradum perfectionis.

Cap. VII.

De imbibitione.

DEmum nutrias tale animatum lacte ſuo, id eſt, aqva ſua, ex qva concreatum eſt opus, ſive inceptum à principio. Excercitatio in Turbam, pag. 170.

Da illi qvartam partem novæ aqvæ, & multo plures adhuc imbibitiones debes habere, da illi ſecundam, & poſt etiam tertiam, ſervans in tua mente dictam proportionem, & qvando feciſti imbibitiones ſeptem, tunc iterum debes rotam circumvoluere, & putrefacere omnem illam materiam ſine additione. Ripleus, pag. 51.

Si

Si velis Elixir tuum præparatum ſecunda, tertia, & qvarta vice volatiliſare, vel imbibere, hoc debet fieri cum qvarta parte Elixiris Mercurii, hoc verò multoties facite, qvouſq; pereant aqvæ partes, id eſt, deficiant, qvod non aſcendat ultra. Jubeo tamen vos non ſimul aqvam affundere, ne lxir ſubmergatur, verùm paulatim, id eſt, ſepties infundite, & terite, demùmq; exſiccate. Clangor Buccinæ, pag 535.

Humectate & conterite pluribus diebus, & hoc novem vicibus, qvæ per novem aqvilas asſignantur, & in qvalibet ſolutione & coagulatione augmentabitur ejus effectus. Hermes de Chemia, pag. 179.

Multoties contere eam & paulatim imbibe eam, de octo in octo diebus decoq;, & poſt mediocriter calcina in igne, & ne tædeat te opus multoties reiterare, qvia terra fructum non gerit absqve freqventi irrigatione, unde cum arida ſit, multum ſitiens bibit ſuũ humidum & aqveum. Avicenna, pag. 420.

Si conficiatis ſine pondere, mors ſibi eveniet, totum igitur ſui humoris reſiduum imponite ſibi temperatè, neq; multũ videlicet, neq; parum.

Qvia ſi fuerit multùm, fiet perturbationis pelagus, ſi verò parum, comburetur in favillam. Nam calor ignis, ut dicit Avicenna, ſi humiditatem, qvam deſiccet, non invenerit, comburit, ſi autem multum humoris ſimul infuderis, non deſicces, ſed reſolves. Pondus ergo ubiqve no-

tandum, ne nimia ſiccitas aut ſuperfluus humor corrumpat, ut per totum opus tuum inhumando diſſolvas, qvantum in aſſando deficit, & tantum aſſando diminuas, qvantum inhumatio diſſolvit. Et omnis diſſolutio ſemper fiet inhumando & connectendo. Humor diſſolutione acqviſitus naturali calore ſolùm erit deſiccandus. Daſtini Epiſtola, fol. 5.

Aqvam exhaurire cœpi cum induſtria, tamen adeo, ut non manerent in eo, niſi decima pars cum decem partibus. Treviſanus, pag. 47.

Oportet aqvam novies excedere terram, ut ſic in denario, qvi eſt numerus perfectus, conſummatur totum opus. Daſt. ſpec. pag. 143.

Oportet accipere ex Ære noſtro partem unam, & aqva permanente, qvæ etiam Æs vocatur, partes tres, deinde comiſcete aceto, & coqvite tamdiù, qvouſq; inſpiſſentur, & unus fiat lapis. Cadmon in Turba, pag. 37.

Nutritur lacte ſuo, id eſt, ſpermate, ex qvo fuit ab initio, imbibitur autem argentum vivum ſæpiùs, qvouſq; duas partes bibat, vel qvod ſufficiat Semita pag. 442.

Fili, pone ſpiritum tuum ad intelligendum, qvæ dicimus, noli potare, niſi comedas, nec comedas, niſi bibas, hoc tibi dicimus, ratione imbibitionis uniformis, qvam debes facere de humido cum ſicco, ſucceſſivis vicibus. Lullii practica, fol. 193.

In ſuavi balneo Regem oportet qvieſcere, donec ſui nutritoris paulatim & paulatim hauſerit

tri-

trinitatem,ſitq; potus poſt comeſtionem, & non comeſtio poſt potum. Comedat ergo & bibat unum poſt aliud, ſecundum rationem. Non ergo deſiſtas Regem imbuere, coqvere & deſiccare, qvouſq; totum voraverit lac maternum, Regina ſecum novies proſtrata ſuper terram. Daſtini Epiſtola, fol.4.

Regem, toto ſuo humore imbutum, per dies qvadraginta in æqvo calore jugiter putrefieri demitte, qvouſq; maternum induat vultum album. Pythagoras in Turba, pag. 80.

Tribus vicibus ſic rotam tuam circumvertes, ſervans dictæ cibationis regulam. Ripl. pag. 53.

Qvando materia tua conceperit, exſpectare debes partum, & qvando peperit, debes habere patientiam in puero nutriendo, qvouſq; poſſit ignem pati, & tunc de ipſo liberam poteris facere projectionem, qvia prima digeſtio facta eſt. Lullii Theor. fol.30.

Demùm nutrias tale animatum corpus lacte ſuo, id eſt, aqva ſua, ex qva concretum eſt opus, ſive inceptum à principio: de comeſtione autem docetur, ut proportio ita ſe habeat adinvicem, ut ſint aqvæ tres partes ad unam plumbi. Parmenides in Turba, pag. 165.

Cum iſta humiditate permanenti, qvæ ſimiliter ex argento vivo ſumpſit originem, noſtrum imbibas lapidem, qvoniam per illam partes ejus conſtant clariſſimæ, ut patet, qvando poſt perfectam ipſius mundationem ab omni re corrum-

tandum, ne nimia ſiccitas aut ſuperfluus humor corrumpat, ut per totum opus tuum inhumando diſſolvas, qvantum in aſſando deficit, & tantum aſſando diminuas, qvantum inhumatio disſolvit. Et omnis diſſolutio ſemper fiet inhumando & connectendo. Humor diſſolutione acqviſitus naturali calore ſolùm erit deſiccandus. Daſtini Epiſtola, fol. 5.

Aqvam exhaurire cœpi cum induſtria, tamen adeo, ut non manerent in eo, niſi decima pars cum decem partibus. Treviſanus, pag. 47.

Oportet aqvam novies excedere terram, ut ſic in denario, qvi eſt numerus perfectus, conſummatur totum opus. Daſt. ſpec. pag. 143.

Oportet accipere ex Ære noſtro partem unam, & aqva permanente, qvæ etiam Æs vocatur, partes tres, deinde comiſcete aceto, & coqvite tamdiù, qvouſq; inſpiſſentur, & unus fiat lapis. Cadmon in Turba, pag. 37.

Nutritur lacte ſuo, id eſt, ſpermate, ex qvo fuit ab initio, imbibitur autem argentum vivum ſæpiùs, qvouſq; duas partes bibat, vel qvod ſufficiat Semita pag. 442.

Fili, pone ſpiritum tuum ad intelligendum, qvæ dicimus, noli potare, niſi comedas, nec comedas, niſi bibas, hoc tibi dicimus, ratione imbibitionis uniformis, qvam debes facere de humido cum ſicco, ſucceſſivis vicibus. Lullii practica, fol. 193.

In ſuavi balneo Regem oportet qvieſcere, donec ſui nutritoris paulatim & paulatim hauſerit

tri-

trinitatem,ſitq; potus poſt comeſtionem, & non comeſtio poſt potum. Comedat ergo & bibat unum poſt aliud,ſecundum rationem. Non ergo deſiſtas Regem imbuere, coqvere & deſiccare, qvouſq; totum voraverit lac maternum, Regina ſecum novies proſtrata ſuper terram. Daſtini Epiſtola, fol.4.

Regem,toto ſuo humore imbutum,per dies qvadraginta in æqvo calore jugiter putrefieri demitte,qvouſq; maternum induat vultum album. Pythagoras in Turba, pag.80.

Tribus vicibus ſic rotam tuam circumvertes, ſervans dictæ cibationis regulam.Ripl. pag.53.

Qvando materia tua conceperit, exſpectare debes partum, & qvando peperit, debes habere patientiam in puero nutriendo, qvouſq; poſſit ignem pati, & tunc de ipſo liberam poteris facere projectionem, qvia prima digeſtio facta eſt. Lullii Theor. fol.30.

Demùm nutrias tale animatum corpus lacte ſuo,id eſt,aqva ſua,ex qva concretum eſt opus, ſive inceptum à principio: de comeſtione autem docetur, ut proportio ita ſe habeat adinvicem, ut ſint aqvæ tres partes ad unam plumbi. Parmenides in Turba,pag.165.

Cum iſta humiditate permanenti, qvæ ſimiliter ex argento vivo ſumpſit originem, noſtrum imbibas lapidem, qvoniam per illam partes ejus conſtant clariſſimæ,ut patet, qvando poſt perfectam ipſius mundationem ab omni re corrum-

 pen-

pente, & maximè ab humoribus duobus ſuperfluis, ſcilicet pinguinoſo, aduſtibili, & phlegmatico, evaporabili, redigitur in propriã ſulphuris ſubſtantiam non urentem, & ſine illa nunqvam emendatur, augetur, nec multiplicatur. Lullii Codicillus, fol. 46.

Aqva eſt viva, qvæ venit rigare terram ſuam, ut germinet & fructum producat in tempore ſuo; nam ex roratu omnia generantur ex terra naſcentia. Terra ergo non germinat absq; irrigatione, & humiditate roris Maii. Ipſa abluit corpora tanqvam aqva pluviali, penetrat, & dealbat, & facit corpus novum ex duobus corporibus. Artephius, fol. 17.

Contere terram paulatim imbibendo cum aqva, de octo in octo dies decoq; in fimo, qvia per inhumationem aduſtio tollitur, & non tœdeat te multoties hoc reiterare, qvoniam terra fructum non gerit, absq; freqventi irrigatione. Roſarius Philoſophorum, p. 355.

Qvoties cinerem imbuitis, toties per vices deſiccetis, ſi autem imbuatur, anteqvam deſiccetur & fiat pulvis, ſubmergitur, inebriatur, & ad nihilum reducitur. Et qvi absq; pondere conficit, ut inqvit Triſmegiſtus, interemptus ſuffocatur, qvia qvi bibit, nec ſitit, indigeſtionem nutrit, hydropiſin appetit & inducit. Daſtini ſpeculum, pag. 209.

Deinde oportet ipſum conteri, & aqva illa reſidua & dimidia ſeptem vicibus imbui, permanente

nente aqva abſumpta putrefieri, donec optarum habeatur. Afflictes in Turba.

Hanc autem rubedinem ſepties imbueris aqva reſidua, aut donec totum bibat ſuam aqvam, coqvite denuò, donec deſiccetur, & in terram vertatur aridam, deinde accenſo ponatur igne qvadraginta diebus, qvousq; putrefiat, ejuſq; colores cum cinere appareant. Nicares in Turba.

Sicut eadem res embrio, infans, puer, & vir tranſiens de incompleto eſſe ad complementum perfectum, ſic etiam noſtrum mixtum, de re ad rem, creſcendo tranſit meliorē, & de incompleto eſſe proprio ſuo lacte provehitur ad ſuum Elixiris complementum. Et ideò totum ſuum commixrum eſt de forma elementorum. Qvare dicit Morienes, qvòd diſpoſitio ejus operis creationi hominis eſt ſimilis, qvum ex ſeipſo nutritus creſcendo fit de die in diem, & de menſe in menſem; donec juvenilem attigerit ætatem, temporeq; certo compleatur. Daſtini ſpeculum, p. 150.

Propinqva cauſa hujus fixionis eſt mixtio per minima utriusq;, ita ut ſumma volatilis non ſuperet ſummam fixi corporis, ſed virtus fixi ſuperet ſummam ſpiritus non fixi, ad fixationis intentionem, ſi hoc intelligis fili, habere poteris theſaurū cæli & terræ. Expedit, cum corpus ita naturaliter augmentatur, & nutritur per conveniens humidū, qvod juxta menſuram fiat, ut tempore ſuæ nutritionis ſive augmētationis majori imbibas aqua, ſecundum pondera revelata per artem

ad

ad conformitatem principiornm, & qvalitatem corporis augmentati, datum, & decoqvetur igne lento, naturalem calorem excitante, & non excedente, donec ad perfectam pervenerit albedinem. Lullii Codicillus, pag. 175.

Et nota, qvod poſt imbibitionem debent inhumari per ſeptem dies. Itera ergo opus multis vicibus, qvanqvam ſit longum, & pondus in hoc ubiq; notandum, ne nimia ſiccitas, aut ſuperfluus humor adminiſtrando corrumpat, ut videlicet tantum aſſando decoqvas, qvantum diſſolvendo adjecit, & imbibendo diſſolvas, qvantum aſſando defecit, qvare ſuaviter & non feſtinanter, de octo in octo dies, terram irrigabis. Idem

Si una imbibitio, una decoctio, una contritio ſibi ſufficerent, non toties ſua dicta iteraſſent, hoc autem ideo fecerunt, ut abſq; divortio & tædio operi jugiter inſiſterent; Qvare etiam dicunt, ſpera, & ſpera, & ſic conſeqveris. Cum autem exſiccatur, tum per curſum alium inſatiabili tradatur comeſtioni, ut inter omnem incerationem, gradatim combuſtus in cinerem, ejus experiatur potentiam. Daſtini Epiſtola, fol. 4.

COROLLARIUM.

TEſtante Ariſtotele primo Phyſicorum totum non cognoſcitur ignoratis partibus, qvibus conſtat. Totum autem, ut naturam omnium ſuarum partium ſapit, ſic totum & perfectum ſunt penitus idem. Unde ſeqvitur, qvod nulli

ſuf-

ſufficit alicujus ædificii ſubjectum cognoſcere, ut domus inde conſtruatur, niſi particulares partes, iliarumq; conſtructionem, compoſitionemqve cognoverit. Similiter ad lapidis perfectionem parum conduceret, ſubjectum præparationemqve ipſius tantùm noviſſe, niſi poſtqvam fuerit præparatum, noverit Artifex ad maturitatem perducere, deinde nutrire ac deniq; cibare, uſq; dum plusqvamperfectionis attigit gradum. Tunc teſtantur partes de toto, & totum de partibus, principium de fine, & finis de principio. Qvantum etenim lugendum eſſet, ſi naſceretur Regali Solio Hæres, & nullus reperiatur, qvi illum nutrire noverit. Ad hunc igitur noſtrum infantulum nutriendum à Medicis conſulitur, (dum ſtirpis ſit Regiæ, puriſſimæq; conſtitutionis) ut nulli tradatur nutrici alienæ, ſed matris ubera ſugat, qvæ ut prius in utero proprio nutrivit ſanguine, ſic jam ad maturitatem perductus ſanguine exuberato, & per venas mammillares circulato, & rectificato nutriendus, debitaq; proportione cibandus. Medicinaliſqve ipſius lactis menſura hebdomadatim ſit qvarta pars ponderis infantuli. Hanc autem diætam per ſeptem teneat hebdomadas, donec ita ſit medicinaliter cibatus, ut dum cubili vitreo, (à Philoſophis ſibi ac Medicis ordinato, firmiterqve obſerato) recondatur, balneo reponatur; Somnoqve ſopito ſudore liqveſcant artus, qvi naturæ & artis ope, debitoqve regimine formam

mam reſument priorem, renovatam, viribusq; adeo multiplicatis, ut jam cibum Regalem appetat, qvo nutritus brevi temporis curriculo Rex erit fortior Rege, & in prælio tam potens, ut ſolus ipſe contra decem millia hoſtium victor potentiſſimus victoriam reportet. Hunc ergo qværite Regem, qvem, qvi pro ſuo tenuerit præſidio, rebus omnibus ſublunaribus imperabit.

Cap. VIII.

De Fermentatione.

OMnium Philoſophorum teſtimonio tres ſunt Elixiris partes, ſcilicet anima, corpus & ſpiritus. Anima nihil aliud eſt qvam fermentum, vel forma Elixiris; Corpus eſt paſta ſive materia, qvæ duæ partes ex ſolis metallis depromendæ ſunt, utpote forma, ex Sole & Luna, materia ex Jove, Saturno, Venere, & Marte, ut etiam aſſerit Lullius. Tertia verò pars lapidis eſt ſpiritus, qvi cum ſedes & vehiculum ſit animæ, animam corpori infundit, & hæc duo extrema indiſſolubili confœderationis vinculo componit, & copulat, qvo mediatore ſublato, anima cum corpore nunqvam fœdus inire poſſit. Etenim non benè conveniunt, nec in una ſede morantur duo extrema, niſi beneficio alicujus medii concilientur, & confœderentur. Hic ſpiritus nihil aliud eſt, qvam liqvor ille, formam & materiam attenuans lapidis, ac in ſpiritua-

tualem naturam revocans,qvi ſpiritus interdum à Philoſophis cælum, interdum Mercurius ſolutivus,interdum menſtruum, interdum qvinteſſentia,& inuumeris aliis nominibus nuncupatur. Tauladan. pag. 338.

Ad tuum compoſitum fac fermenti qvartam partem,qvod fermentum eſt ſolum Solis, & Lunæ.Scitoq;, qvod fermenta ſunt tria, duo corporum in natura pura, qvæ alterari debent, ut tibi diximus. Tertium ſecretiſſimum,qvod nos meditamur, eſt illa prima terra cum aqva propria viridi, qvapropter dum leo ſitit,fac, ut bibat, donec ejus corpus rumpatur. Ripleus,pag.56.

Accipe de fermento qvartam partem, & illud fermentum ſit ſolutum & terra factum,ſicut corpus imperfectum, & eodem modo & ordine præparatam inſimul conjunge, & imbibe cum aqva prædicta benedicta. Nam fermentum corpus imperfectum præparat, & ad naturam ſuam convertit, & non eſt fermentum niſi Sol, & Luna. Semita Semitæ, pag.444.

Da ei fermentum fermentatum, ab omni elemento elementatum æqvaliter;qvod eſt aurum: da ei qvartam partem, qvod tamen prius calcinatum ſit,& in aqvam ſolutum. Fermentum eſt duplex,album & rubeum, qvorum fermentum Solis eſt Sol,& Lunæ Luna. Sit autem fermentum qvarta pars æris noſtri. Rachaidibus, pag.393.

Nullum habebis fermentum perfectum donec alteretur cum noſtro Mercurio à primis

qva-

qvalitatibus in novam albedinem, medio putrefactionis & alterationis. Dunſtanus, pag. 7.

Ignorantes indigentiam naturæ putaverunt, hoc fermentum præparari debere cum novo menſtruo, in qvo eſt ignis contra naturam, non videntes perditionem temperamenti, à qvo corpus recedit per ignem urentem, id eſt, contra naturam. Fermentum, ſcilicet corpus, qvantum intelligitur pro fermento, nunqvam præparatur, niſi cum igne naturali & aqva Mercurii. Lullii Codic. 211.

Accipe unam partem de fermento, & tres partes de corpore imperfecto, diſſolue fermentum in æqvali ſuæ aqvæ Mercurii, coq;, inſimul lentiſſimo igne, & coagula illud fermentum, ut fiat ſicut corpus imperfectum, Roſar. Philoſ. p. 317.

Accipe terram rubram, & coapta ipſam in laminas tenues, vel in limaturis deraſis, & pone in aqva, uti dictum eſt, & non ſolvetur in ea, ſed tantum calcinabitur in pulverem rubrum, qvo facto, remove aqvam cautè, & pone in alio vaſe ſimili illi, in qvo eſt, ita qvod remaneat pulvis calcinatus terræ rubræ in ſuo vaſe ſine aqva, & in aqva remota pone terram albam, & ſolvetur illa, & ſic proficiet tibi aqva, & non vaſtabitur. Arnold. in comment. Hortulani, p. 31.

In præparatione fermenti, ante ultimam ſui fermentationem, apponimus Mercurium vulgi, non tamen ſolemni præparatione præparatum, ſcilicet in lac virgineum, ſed prout exiſtit in natura

tura ſua, per ſolam ſublimationem ad hoc, ut reducat corpus fermenti in ſimplicitatem, & ſit medium conjungendi tincturas. Lullii Codicillus, pag. 215.

Inſatiabili reddatur comeſtori, de cætero nutriendus cibo groſſiori, ut completa digeſtione accepta, de materno in paternum tranſeat regnum. Daſtini Epiſtola, p. 6.

Qvemadmodum auri fermentum aurum eſt, argenti argentum, ita ferri fermentum eſt ferrum, cupri cuprum, & plumbi plumbum. Omne enim agens agit juxta formam ſuam. Posſint alicui hæc, qvæ diximus, nova videri, ac ſi ex ſingulis ignobilibus poſſet fieri Elixir, qvod mutet reliqva omnia, tam nobilia, qvàm ignobilia, aut in Martem, aut in Jovem, aut in Saturnum, aut in Venerem. Qvod licet multis viris doctis, & maximè Petro Bono, viro ſingularis eruditionis, novum & incredibile videatur, nulla tamen ratio eſt prægnans, qvæ id fieri prohibeat. Imò ſi non fieret, actum eſſet de Alchimia, & ars alchymiæ merito figmentum & fabula dici poſſet. Hanc enim legem natura ſancivit, ut qvotiescumq; activa paſſivis ritè copulentur, actio & paſſio ſubſeqvantur, & alteratio ſemper naturam agentis ſapit, & redolet. Et qvotiescumqve id, qvod antea patientis vices gerebat, ita diſponitur, ut valenter agere poſſit in id, à qvo patiebatur, neceſſe eſt, alterationem naturæ agentis reſpondere & conformẽ eſſe. Qvocirca ſi ignobilia

Fermentum non eſt aliud, niſi à Sole, aut Luna. Et fermentum non eſt, qvousqve dicta corpora convertantur in ſuam primam materiam, qvia expedit, qvod ex Sole & ſubtiliſſima terra fermentum debeat componi. Qvare ſi duo corpora perfecta neſcis reducere in ſuam materiam primam, non poteris habere aliqvod fermentum. Lullii Theorica, pag. 92.

Eſt enim qvoddã minerale, qvod cum miſeris aqvam ejus ſuper terrã, vincit albũ ſuper citrinũ, & rubeum, & dealbificat ea in albedinem argenti. Deinde vincit citrinum ſuper album & rubeũ, ita qvod citrinare ea facit ſuper citrinitate auri. Deinde vincit rubrum ſuper citrinum & album, & rubificat ea in rubedinem tyrii, & cum videris hæc, gaude. Maſſa Solis, & Lunæ, p. 212.

COROLLARIUM.

UT in hoc Capitulo apertè & præclarè docetur modus egregius fermentationis; ſic legenti inexperto, inter Raimundum & Ripleum, videtur forſan hæc eſſe contradictio, nimirũ dum Raimundus duo tantummodo aſſerit eſſe fermenta, unum Solis ſcilicet, alterum Lunæ; Ripleus verò tertium addit, qvod appellat leonem viridem; Corpuſqve immundum, qvod dicitur etiam, laton. Qvi qvidem laton aliud non eſt, qvàm ex auro & argento corpus compoſitũ, imperfectum, ſecundum Morieni dictum, tertiũ verò Riplei luculenter demonſtratur aliud non

eſſe, qvàm aurum & argentum immaturum. Et ſic non diſſentiunt, imò concordant in materia fermenti, qvamvis alio aſſignatur titulo immaturitatis. Huic aſſentire videtur Dunſtanus noſtras Archiepiſcopus Cantuarienſis: Certum eſt terram poſſe fermentum eſſe aqvæ, modò fixa fuerit, & aqvam fermentum terræ, ſi perfecta & defæcata fuerit, & hoc ſine omni auxilio auri, vel argenti vulgaris. Qvæ qvidem verba poſtrema, inter illorum ſententias, novam videntur addere controverſiam, dum qvidã affirmant, ſine auro vel argento vulgi Elixir non poſſe perfici. Alii contra aſſerunt Aurum & Argentum vulgi ad noſtrum opus eſſe inidoneum, Liceat ergo in medium proferre Dunſtani ſententiam. Notandum, inqvit, antiqvos Philoſophos non uſos fuiſſe auro & argento vulgi in hoc opere, & propterea dixiſſe, illorum laborem non indigere magnis ſumptib⁹, ſed poſſe tam à paupere, qvàm à divite, à ruſtico, qvàm ab urbano, tractari, qvod omninò à veritate diſcreparet, ſi non ſine auro & argento communi perfici poſſet. Ut ergo caveamus præcipit; Nam qvamvis aurum & argentum poſſint ſubtiliari, & miſceri tincturis, & in minora redigi Elixiria, tamen via ſecundum doctrinam Philoſophorum non eſt in illis. Nam ipſorum aurum & argentum ſunt duæ præcipuè tincturæ, Rubra & Alba, in uno eodemq; corpore ſepultæ, qvæ à natura nunqvam pervenerunt ad perfectum complementum, ſeparabiles tamen

men ſunt à terreſtri lutoſitate & ſcoria accidentali, & deinde propriis qvalitatibus, terris puris, rubris & albis ita commixtibiles, iisdemq; tam aptisſima habentur fermenta, ut nullo modo dicantur indigere alieno. Qvibus verbis nihil aliud depingitur, qvàm leo ille viridis Riplei, ſive Aurum illorum, non aurum, niſi potentiale, dum adhuc immaturum. Qvod ſemper & ſolùm ab omnibus Philoſophis, & intelligentibus ſeligitur, & eligitur pro materia illorum prima. Ex qvibus manifeſtè patet, qvod nec Aurum, neq; Argentum vulgi eligi debeant pro materia prima. Sed adhuc in dubio hæret, Cur, & qvando nobis ſint neceſſaria ad Elixir componendum. Qvibus ex Authoritate Philoſophorum reſpondeo. Adeo eſſe neceſſaria, ut ſine illis Elixir non poteris perfici. Non tamen qvatenus ſunt Aurum & Argentum vulgi, ſed ita alterata, ut ad primam reducantur materiam, & qvæ fixa naturâ fuerint, arte fiant volatilia, & tunc tandem, dum in tali ſtatu ſint, impoſſibile erit, ut à qvovis Artifice in Aurum, vel Argentum vulgare iterum reducantur, more Aurifabrorum; Qvia tunc, ſecundum Turbam, corpus fit incorporeum, & teſtante Roſario: Qvi ſcit Aurum ita deſtruere, qvod ampliùs non ſit Aurum, is ad maximum arcanum pervenit. Ac qvando ita præparatur, priùs idoneum erit ferculum, qvo infans noſter nutriatur, & Philoſophici fermenti nomen mereatur. Qvod poſtqvam lapis ſit ad perfectam

rubedinem perductus & materno lacte nutritus, conjungi debeat cum terra ſua rubea pro Elixiris complemento, ut plusqvamperfectam reddat tincturam, & medicinæ præparatæ naturam ſuam fixam communicet, qva ſpecificata evadat, tandemq; completa. Ex his ergo apparet, qvare, & qvando Aurum & Argentum vulgi ſint neceſſaria ad operis complementum. Sed ut breviter hanc apparentem controverſiam (qvam ex inſtituto intricatis tradunt ſententiis, dum ſeſe mutuo intelligunt Philoſophi) in unicam harmoniam reducam, hiſce Guidonis de Monte verbis expediam: Quamvis lapis Philoſophorum perfici poterit uſq; ad albedinem vel rubedinem ſine Auro, vel Argento vulgi, tamen non poteſt fieri Elixir ſine Auro vel Argento vulgi, alteratis prius & præparatis. Et ut huic Corollario coronidem imponam, ſemper obſervandum, qvod poſtqvam opus hyemis ſit peractum, & Solem videbis in Ariete exaltatum, opusq; tunc incipiat Philoſophicum, qvod eadem etiam hora debeamus incipere fermenta præparare, qvia longa egent præparatione, & ſummum eſſet incommodum, ut qvando Rex eſuriret, deficerent cibi, vel non paratum eſſet ferculum opiparum. Sit ergo unusqviſq; Artifex providus.

CA-

CAPUT. IX.
De Projectione.

CORPUS ſiccum terreum non tingit, niſi tingatur, & qvia non intrat, ergo non alterat. Non idcircò tingit Aurum, qvia ejus ſpiritus occultus prius extrahi debet à ventre ejus per aqvam noſtram albam, ut fiat omninò ſpiritualis. Artephius, fol. 13.

Multi per ignorantiam deſtruxerunt opus ſuum, qvando fecerunt projéctionem ſuper metallum impurum; nam illotum tincturæ propter corruptionem non permanent, ſed evaneſcunt, qvòd à corporibus non removerunt, qvæ poſt projectionem ſunt frangibilia, fuſca, & nigra; Vide ergo, ut tuam medicinam priùs projicias ſuper fermentum, tum erit illud fermentum frangibile ut vitrum, tum projice illam frangibilem ſubſtantiam ſuper corpora mundata & valde pura, & ſtatim videbis ea curioſè colorata cum tinctura, qvæ omnes probas ſuſtinebit. Sic fac projectiones tres, aut qvatuor, aut qvinqve, qvouſq; medicinæ tuæ tinctura incipit decreſcere, tum finis eſt ulteriùs projectionem faciendi. Ripleus, pag. 62.

Modus autem projectionis eſt, ut projicias partem unam medicinæ prædictæ ſuper partes centum auri fuſi, & facit ipſum frangibile, & totum erit medicina, cujus una pars projecta ſuper

centum cujuslibet metalli fuſi, converrit ipſum in aurum optimum; Et ſimiliter, ſi cum Luna operis. Si verò medicina vel Elixir non haberet ingreſſũ, Recipe de lapide in prima operatione extracto,& Mercurii prædicti ana,& ſimul miſce, & incorpora in lapide terendo,& deinde Balneo diſtillando, ut meliùs conjungantur, deinde deſicca. Avicenna,pag 435.

Fili, mineras, qvæ ad minerale magiſterium pertinent, componens ſuã virtutem ſic multiplicabis. Recipe dicti pulveris unam partem, utpote unciam, vel libram, & illam projice ſuper decem partes amalgamatis facti,ex una parte Lunæ, vel Solis, & qvinq; Mercurii,& ſecundum conditionem pulveris totum convertur in pulverem. Et de illis decem partibus una ſuper alias decẽ amalgamatis,vel Mercurii ſimplicis projicias, & ſic procedas computando & projiciendo qvo uſq; videris materiam nec in pulverem, nec in metallũ converſum, ſed in maſſam duram frangibilem. Et de illa facias experimentum, ſcilicet qvot partes una poſſit in metallum transmutare. Et iſto modo neceſſariò invenies finem projectionis,alias nunqvam invenies,niſi priùs convertatur in maſſam duram, frangibilem, ut tibi diximus. Lullii teſtament.pag.64.

Eſt tamen hoc maximum ſecretum, qvod medicinæ virtus etiam in projectione poterit augeri,non ſolum in qvantitate extenſa, ſed etiam in virtute perfectionis & bonitatis. Si videlicet medi-

dicina projiciatur ſuper corpus debita proportione,& totum ponatur in ignem, & augeatur per ſuos gradus,& ſæpius ſolvatur, & ſæpius coagulетur, qvouſq; fluat pluſqvam cera. Qva propter ſi in projectione tantum ſit medicina debilitata, qvod ingreſſum non ampliùs haberet, ingreſſus ſibi datur,ſi primæ pars medicinæ ſibi jungarur, & coqvatur ſolvendo, & coagulando donec fluat.Qvantò tamen medicinæ virtus eſt minor,tantò temperatiorem ignem à principio, & per gradus temporis neceſſariò convenit adminiſtrare. Si autem de medicina prima & perfectiſſima nihil remanſerit, qvod addatur (qvod tamen ſummopere cavendum ab ingenioſo artifice, ne hoc ſibi eveniat) aliter agere oportebit. Tertius modus eſt,ut vult Roſarius, qvod medicinæ pars aliqvanta,ſive albæ, ſive rubræ conjungatur lapidi,ſeu Mercurio noſtro, qvi nunqvam in opere fuit, & ponatur ad digeſtionem ſicut prius,& coqvatur putrefaciendo,ſublimando,& fixando,donec totum ſit oleum tinctum,tunc iterum habebis lapidem perfectum, & hoc fit in paucis diebus,& minore diſpendio,labore,& periculo. Semper autem aliqvam partem ſerva pro fermento,tam de albo,qvàm de rubeo,& præſervabit te hæc prudens conſideratió à multis laboribus præſervabit. Ventura,pag.195.

Sumatur una pars medicinæ & decem partes Mercurii purgati, ſic ut Mercurius calefiat uſq; ad fumoſitatem,& tunc projiciatur medicina de-

prius qvàm immenſus ac infinitus ille perficitur theſaurus: Nihilo ſecius ipſo peracto, niſi modum multiplicandi, brevi temporis curriculo parvisqve ſumptibus, teneamus, levi negotio totum breviter conſumeretur, qvod longis & indefeſſis laboribus adeptum fuerit. Hoc ergo pro Corollario accipe, qvod cum ex prædictis conſtet, medicinam dupliciter multiplicari. primò qvantitate, & qvalitate. Secundo qvantitate ſolum. Qvantitate & qvalitate fit reſolutione & fermentatione. Qvantitate tantum, Projectione: Summo ſtudio omniqve cura cavendum, ne per ignorantiam formæ rectæ projectionis opus illud divinum, cum jam ad complementum & plusqvamperfectionis gradum deductum ſit, deſtruatur. Sciendum eſt igitur, qvod qvodcunqve corpus, ſuper qvod priùs medicinam projeceris, in pulverem transmutabit, naturæ corporis correſpondentem, qvod myſticum qvidem eſt & mirandum. Si ergo Elixir ad Solem habere deſideras, ſupra Solem fiat prima tua projectio, ut Sole ſpecificetur. Et ſic cum Luna ad Lunam, deinde progrediendum, ut ſuperius lucidè ſatis ex authoritate probatiſſimorum patet Philoſophorum.

Cap. X.

Multiplicatio.

OMne creſcens vel naſcens multiplicatur in ſua ſpecie, ut homines, arbores grana & hujusmodi; nam ex uno grano mille generantur: ergo poſſibile eſt augeri res in infinitum. Semita Semitæ, p.438.

Multiplicabis autem medicinam ſic, poſtqvam ipſam compleveris, reſpice ſuper qvot cadit, qvo præviſo iterum reſolve, & congela illam, & in qvalibet reſolutione tinctura duplatur, ut ſi ante reſolutionem ceciderit una pars ſuper 100, poſtea cadet ſuper 200. Bacho, fol.19.

Duobus modis multiplicari poteſt medicina, primò per ſolutionem & reiterationem congelationis, & hæc eſt ejus multiplicatio virtualis in bonitate. Secunda per fermentationem, & hæc eſt ejus multiplicatio in qvantitate. Scala, pag.164.

Multiplicatio medicinæ fit duobus modis, una per reiteratam ſolutionem & coagulationem lapidis, ſecunda per projectionem primi lapidis Elixir ſuper corpus, aut album, aut rubeum, tali qvantitate, ut idem corpus etiam convertatur in medicinam, & tum ſimul imponerentur hæc ad ſolvendum in ſua aqva, & menſtruo, & ſic Elixir primum eſt fermentum talis tincturæ, & ſic mulieres piſtrices faciunt Roſar. Philoſoph. pag.349.

Augmentum in qvalitate & bonitate eſt ipſam tincturam ſolvere & coagulare, hoc eſt, Mercurio

noſtro imbibere,& exſiccare. Vel ſic, recipe tincturæ præparatæ partem unam, & ſolve in tribus partibus Mercurij noſtri,ſigilla vas,& pone inter cineres calidos per totum, donec exſiccetur, & pulvis fiat,deinde aperi vitrum, & iterum imbibe & exſicca,ut ſupra, & qvo hoc pluries facies, toties aliqvas partes lucraberis.

Vel recipe materiæ fixæ, qvæ tingit, id eſt,tincturæ præparatæ partes tres, & Mercurii Philoſophorum partem unam,& inſerva ſi,& ſigilla vas, & pone inter cineres calidos, ut ſupra, & exſicca, ut pulvis fiat,deinde aperi vitrum, imbibe, & exſicca ut ſupra. Et aqva, id eſt,argentũ vivum, vel Mercurius non plus ponderis adjicit, vel dat corpori,niſi qvantũ de humiditate metallica manet.

Item multiplicatio in qvantitate fit per mixtionem medicinæ in crucibulo cum argento vivo vulgi, qvod qvidem argentum vivum per admixtionem lapidis convertitur in pulverem rubrum, & iteratò mittatur de illo pulvere argenti vivi ſuper aliud argentum vivum,& iteratò convertitur in pulverem, & ſic facies reiterationes pulveris argenti vivi ſuper aliud argentum vivum, donec argentum vivum non convertatur in pulverem,ſed maneat converſum in metallum perfectum. Clangor Buccinæ,p.533.

Si velis illam multiplicare,oportet iterato ſolvere illud rubrum in uova aqva diſſolutiva, & iterata decoctione dealbare,& rubificare per gradus ignis,reiterando primum regimen. Solve,

gela,

gela, reitera, claudendo, aperiendo & multiplicando inqvantitate & qvalitate, ad tuum placitum. Qvia per novam corruptionem & generationem iterum introducitur novus motus, & ſic non poſſumus adipiſci finem, ſi ſemper operari velimus per reiteratā ſolutionem & coagulationem, mediante aqva noſtra diſſolutiva, id eſt, disſolvendo & coagulando, ut dictum eſt, per primum regimen. Et ſic ejus virtus augmentatur & multiplicatur in qvantitate & qvalitate, ita qvi in primo opere recipit centum, in ſecundo habebit mille, in tertio decem millia, & ſic proſeqvendo veniet Projectio tua uſq; in infinitum, tingendo verè & perfectè, & fixè omnem qvantamcunq; qvantitatem, & ſic per rem vilis pretii additur color, virtus, & pondus. Artephius, fol. 37.

COROLLARIUM.

NOvi, inqvit, Bernardus Comes Treviſanus qvemdam ex Marka Anchonæ, qvi lapidem optimè noverat, multiplicationem autem ignorabat, hic me ſedecim annos integros ſollicitè inſeqvutus eſt, ut diſceret eam: verum ex me nunqvam ſcivit, libros enim habuit, ut ego.

Neminem autem adeo hebetem & ſtupidum eſſe credam, qvin ipſius lapidis multiplicationem ex hoc capitulo facillime intelligere posſit. Talia enim, qvò ſæpius ſolvuntur, filtrantur, coagulantur, eò magis ſubtilia; pura, penetrantia, multoq; magis tranſparentia evadunt. Similiter

liter ſe habet cum lapide iſto Phyſico, qvi etiamſi ſit ad perfectionem deductus, tamen, qvò ſæpius ſolvitur & coagulatur, eò plus multiplicātur ipſius vires in projectione, uſq; dum pervenerint ad numerum infinitum. Cujus Praxi, in hoc ultimo noſtro Capitulo, non opus erit ulteriorem addere paraphraſin, dum ex antedictis in hoc noſtro faſciculo apertè ſatis unicuiqve dilucidatum ſit, Mercurium philoſophicum ignem illum eſſe, qvem naturalem nominant, cujus ope Elixiris fit ſolutio & reſolutio, cujus proportionem & modum operandi, verè & eleganter, ſine tropis aut figuris in hoc capitulo explicavimus. namq; ſatis ſuperq;, anteqvam huc deventum fuit, parabolicis illorum nebulis obſcuratur, & umbratur vera illa Semita Semitæ, qva per ardua & denſa ducuntur hujus artis Philomathes ad arcem illam Philoſophiæ celeberrimam, Naturæ & Arti conſecratam, in qva incarceratur ignis naturæ. Deus trinus & unus, Pater, Verbum & Spiritus Sanctus, Altitudo incomprehenſibilis, Trinitas impartibilis, Eſſentia immutabilis, qvi intra omnia regit, ſed non incluſivè, extra omnia, ſed non excluſivè, immenſus, incircumſcriptus, ineffabilis, ex infinita & inenarrabilili ſua miſericordia dignis, pulſantibus, & opem ipſius implorantibus aperiet, deteget, reſerabit hoc arcanū, ad ipſius laudem perpetuam, & honorem ſempiternum.

Amen.

OB-

OBSERVANDA.

I.

MATERIA cognita & habita non debet cuſtodiri in loco tepido, nec humido, ſed frigido & ſicco, nec diu præſtolandum, ſed dum recens ſit à ſua minera extracta, cum illa operari incipias.

2. Operari non incipias, niſi pro biennio ſufficientes de proprio habueris expenſas, ut ſi prima vice defeceris, in ſecunda corrigas. Qvia nec verum niſi falſo, nec rectum niſi obliqvo perpendes, unde ſi expenſis carueris, opus incompletum relinqves, à qvo nihil niſi laborem reportes.

3. Balneo ſeparanda ſunt elementa ita lento, ut alembicus calorem non ſentiat, ſed vapor elevatus frigidiore aere congelatus in aqvam convertatur, habentem formam omnium ſpecierum, à qvibus generatur.

4. Aqva, poſtqvam diſtillata fuerit, non diù dimittatur ſtare, qvando operationi apta fuerit; qvia coagulum ejus cadit in fnndum, coagulatum per frigidum aeris & ſiccum congelans. Qvod, inqvit Senior, cuidam ſociorum meorum contigit, qvi per annum ſic invenit, ſed non fuit diſtillata.

5. Neceſſe eſt, ut artifex magnam habeat aqvæ qvantitatem, qvia in principio, medio, & fine ſemper erit ipſius neceſſitas, tam in putrefacien-

ciendo,abluendo, calcinando, ſublimando, imbibendo, qvàm ut Elixir ſæpius ſolvatur. Unde Avicenna in epiſt. ſua ad filium. Fili mi, oportet te habere magnam qvantitatem Solis & Lunæ noſtræ, ut humiditatem illorum extrahas, ſexaginta libras ad minus.

6. Cum una libra aqvæ poteris materiam tuam ſolvere in aqvam, usq; in infinitam qvantitatem. Sed qvi hanc primam colligere cupit libram, patientiam teneat, & lentè, ſvaviterqve, non feſtinanter procedat: unde opus illud dicitur à Philoſophis, Sudoris ſui extractio.

7. Summoperè præcavendum, ne unqvam frigidum vitrum ponas in aqvam calidam, vel è contra, alioqvi frangeretur & amitteres laborem tuum.

8. Notandum, qvando vis vas accipere, debes permittere infrigidati cum aqva, per tres horas ad minimum.

9. Cavendum in diſtillatione, ne aqva bulliat in dicto tempore.

10. In omni digeſtione ſigillandum eſt vitrum ſigillo Hermetis.

11. Ad incerationem fixandam inprimis obſervatur, ut ignis deſuper fiat, quò melius materia figatur, qvod non negligendum.

12. Qvi intelligit, qvid ſibi velit Philoſophorũ Magneſia, Præparationem & primi operis perfectionem intelligit, ac qvid ſibi velit, Sal natu-

ræ, Sal Armoniacus, Mercurius exuberatus, & ſulphur naturæ, qvibus intellectis, dimidium facti, qvi benè cœpit, habet.

13. Qvamprimum opus ſecundum ſive Philoſophicum inceptum ſit, ne obliviſcaris, eadem etiam hora, fermentorum tuorum præparationem inire, qvia longa egent præparatione, Solis fermentum fiat Sol, Lunæ Luna.

14. Ad Regis palatium conſtruendum neceſſariò ſeqventes reqviruntur artifices. Lapidarius, Faber Ferrarius, Vitriarius, Figulus, Faber Lignarius, ſine qvibus nec rectè conſtrui, neq; inibi à frigore, & ventorum injuriis Rex cuſtodiri poterit.

15. Multi per ignorantiam opus ſuum deſtruxerunt, qvando ſuper imperfecta metalla primitus projectionem medicinæ fecerunt, nam ſuper qvodcunq; corpus prius medicinam projeceris, illud deveniet in maſſam frangibilem, & erit Elixir ſecundum naturam corporis, ſuper qvod projectum fuerit, adeo ut ſi ſuper Jovem, aut Venerem fieret projectio, illa erit medicina, qvæ non modo alia imperfecta corpora in Jovem vel Venerem convertet; ſed etiam perfecta corpora, ſcilicet Solem & Lunam, in imperfecta corpora reducet, ſecundum naturam corporis, ſuper qvod prius projecta fuerit medicina. Unde admiratione perculſus doctiſſimus Raimundus, his exclamavit verbis! Numqvid natura retrograda?

16. Qvi

16. Qvi Philoſophorum dicta intelligere cupit, non debet verbis adhibere fidem, ſed rebus. Nec intelligentia verborum ex rebus ſumenda, qvia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubjectus.

17. Nota qvod ad diſtillandum corpus ponderoſum, vel ſaltem aqvam cum ſuà ſalſedine, reqviritur vas curtum & latum, qvia qvantùm aqva corpore ponderoſior, tantùm debet vas eſſe latius & infimius, per qvod exigitur vapor magis temperatus, ut operi utilior.

18. Cavendum eſt ſemper optimè, ne unqvam à conjunctione prima ad albedinem materia prima frigeſcat, nec aliqvaliter moveatur propter periculum imminens.

19. Non imponatur major qvantitas materiæ in ovum Philoſophicum, qvàm qvod ipſius duas tertias partes ad ſummum impleat.

20. Notandum qvod licet aqvæ imbibitio ſive exſiccatio in terræ ablutione ſive calcinatione fiat calore temperato balnei; tamen ejus ſublimatio ſive ortus perficitur igne celeri cinerum.

21. Opus Philoſophicum incipias cum æqvali proportione terræ præparatæ, & aqvæ puræ ſepties rectificatæ, qvæ conjungantur & in vitro ovali hermeticè ſigillato reponantur, deinde in furno Philoſophico ſive Athanore collocentur, igneq; lentiſſimo foveantur, dum terra aqvam imbiberit ſuam, & ſecundum Ripleum, abierint

in ſicco flumina. Tunc tandem refocilletur materia ſicca ſeptem imbibitionibus, & unaqvæqve imbibitio proportionem ſeqventem teneat, ut juſta menſura, ſecundum doctrinam Philoſophorum, aqva novies excedat terram. Qvod aliter fieri non poteſt, niſi his obſervatis numeris. Hoc verò arcanum à nemine hactenus patefactum fuit.

Exempli gratia, ſi in prima conjunctione terra ponderet 480. grana, addantur tot ſibi aqvæ ſuæ, qvæ ſimul conſtituunt, 960. grana, & tempore ſtatuto ad primam imbibitionem reqviruntur novæ aqvæ 240. grana, ad ſecundam 300. grana, ad tertiam 375. grana, ad qvartam, 468. ad qvin-
n 585. ad ſextam, 732. ad ſeptimam. 940. qvi-
s perficitur imbibitio. Tunc ad fermentationem progrediendum.

In nomine JESU.

DE

SPIRITU MUNDI UNIVERSALI ET SALE PHILOSOPHORUM DE HUISEMENT;

Canones,

A

B. N. M. D.

Collecti.

LIB. I.

CAP. I.

Mundum vivere, & vita plenum eſſe.

I.

MUndus vivit, & vita ſive ſpiritu vitali plenus eſt: qvia movetur, motuq; ſive formarum alterationibus perpetuò agitatur: (i. e. motu naturali, qvi ſe habet inſtar imperfectionis ad perfectionem; qvemadmodum fit plantarum vegetatio, & lapidum concretio) motus autem vitam ſemper comitem habet, p. 1. 2.

2. Animalia ex maſſa magis ductili, & ad motũ aptiore compoſita, vita ſenſitiva & vegetativa prædita ſunt; unde facilè generant ſibi ſimile. p. 4

3. Vegetabilia creſcunt & multiplicantur vita tantum vegetativa: qvia Spiritus eorum materia craſſiuſcula & duriuſcula non cohibetur: & ſibi ſimile per ſemen, ejusqve plantationem generant, non tamen more animalium. ib.

4. Mineralia nec ſenſitivam, nec vegetativam facultatem obtinent, ſed vita tantum eſſentiali vivunt: qvia compoſitio eorũ durior eſt, qvàm animalis vel vegetativa, & ſpiritus eorum materiæ groſſitie cohibetur & opprimitur, unde ſimile ſibi producere neqveunt, eo modo, ut plantæ;

niſi

niſi eo prius artis miniſterio à craſſa impuritate ingeniosè ex radice ſpeciei extracto, decenter purificato, & in primæ materiæ ſubtilitatem & perfectionem reducto: qvi, cum minerali materiæ copulatur, per formam ſpecificam introductam generabit ſibi ſimile, vel potius alterationem & perfectionem in ſua ſpecie ſubjecta, & à natura procreata: qvia acqviſita ingresſione & penetratione in corpora imperfecta, per ſummã artis ſubtiliationem & △is graduationem artificioſam hauſit propria & mineralia tantum ſemina, non animalia, aut plantalia, qvod naturæ repugnaret: (licet etiam actiones reliqvarum virium polleat, eamq; demonſtret in applicatione ad ſuam ſpeciem: qvia genus generalisſimum, ut vocat Lullius, producit ſibi ſimile in omni re, cui cõjungitur, qvia Mercurius eſt, & naturam omnium, quibus commiſcetur & accommodatur, aſſumit; cujus divinas virtutes ſapientes adeò admirantur, & inde adaptationes mirabiles facilè inſtituunt.) p. 5.

5. Globi cœleſtes vitam recipiunt ab anima univerſali. p. 6.

6. Anima univerſi, ſpontè ſeipſam movens, eſt fons & origo omnis motus corporalis: quia ordinariè corpus comitatur. ib.

7. Subtilisſima pars animæ mundi, utpote ſumma petens & in ſummis habitans, rotatione continua cum globis cœleſtibus vertitur, quos motu proprio continuoq; orbiculariter circumducit:

ducit:

ducit: quia quod vita præditum eſt, indeficiente motu circulari, in ſeipſum redeunte, neceſſario movetur: p. 7.

8. Mundus Univerſalis vita univerſaliter plenus eſt, ita ut ſingularum ſpecierum individuarum vita aliud nil ſit, quam vita participans ex hac generali mundi vita. p. 7.

9. Mundus eſt animal, in cujus elementis corporalibus incluſa ſunt ſemina occulta omnium rerum viſibilium & corporaliũ, ſive virtus qvædam ſecreta procreatrix, in qva facultas generandi potentialiter jacet: qvia plurima corpora ſine ſeminibus præcedentibus naſcuntur, ut plantæ quædam; imò etiam ſine conjunctione maſculi & feminæ, ut qvædam animalia ex corruptione prognata, quemadmodum & diverſa alia in terra & ▽a generantur, ſine præcedente ſexuum copulatione, quæ tamen creſcunt, & poſtea ſibi ſimile producunt ad ſpecierũ perpetuationem, quamvis ex ſimili parentum commixtione generatæ non ſint; ex: gratia: Anguillæ producũtur ex limo, muſcæ & aliæ beſtiolæ ex animalium excrementis: ita oſtrea & ſpongiæ marinæ, multæque res aquaticæ (quæ plantanimalium nomen magis merẽtur, quàm piſcium) vivunt, non tam vita ſibi propriè particulari, quàm univerſali, quę generalis & omnibus communis eſt. p. 8.

10. Semina plantarum viſibilia ſunt in granis: animalium in genitura: metallorum verò videri non poteſt à vulgo, ſed à ſolo Philoſopho, qui illud

lud ex ſuo ſubjecto proprio magna induſtria extrahere novit: quanquam etiam facilius ratione cõcipi, quàm corporis oculis videri poſſit. ib.

11. Mundus non ſolum corporalis eſt, ſed etiam de intelligentia participat (quia plenus eſt idæis omniformibus) nec membra habet, quæ non ſint vitalia: & ob id à ſapientibus animal dictus eſt, per omnia maſculinum & femininum, quod mutuo amore cum ſuis partibus ſeſe conjungat. p. 9.

12. Sexus diverſitas in plantis & animalibus per translationem qvandam provenit à Mundi mutuo amore & ſexu cum ſuis partibus: quia hæc etiam ad imitationem mundi congrediuntur, & ſimile ſibi generant, non ſecus ac mundus ipſe. ib.

13. Qvod corpora in Mundo generantur, tot ſunt etiam Micocrosmi: quia nullum eſt corpus, in qvo partes, virtutes & qvalitates parvi alicujus mundi non ſint diſtinctè notabiles. ib.

14. Generatio rerum multarum interdum etiam fit per naturalem fomentationem ſine parentibus, quibus ex vita univerſali vita infunditur: ſic ova pulli artificio quodam excluduntur absque gallinæ incubatione: ſic certæ materiæ præparantur & putrefiunt, unde mirabilia naſcuntur animalia, ut Baſiliscus ex ovo galli, aut feminæ rubicundæ menſtruis; ſcorpiones ex ocimo herba; apes ex visceribus bovis; anatis borealis ſpecies quædam ex

ex foliis arboris cujuſdam in mare decidentibus &c. qvæ omnia præter conſuetum Naturæ curſum fiunt, attrahendo certis qvibusdam materiis vitam ex vita univerſali, in certis temporibus & locis.

15. In mundo nihil moritur aut interit, ſed potius, ne ſine actione & conſeqventer ſine vita ſit, indeſinenter ex una re aliam reficit; ita ut nullum detur corpus, qvod totaliter annihiletur & pereat: qvia aliàs omnes mundi partes ſenſim evanescerent coram oculis noſtris. p. 10.

Cap. II.

Mundum habere corpus, Spiritum & Animam; quia vivit. vid 49.50.

16. Mundus conſtat 3. partibus: corpore, qvod ſenſibus dignoscitur: Spiritu, qvo nutritur; & Anima, qva agitatur: ſpiritus in eo occultus latet, ſicut in hoc anima (unde anima & vita plenus dicitur) qvæ cum corpore, niſi mediante ſpiritu, uniri non poteſt propter extremorum diſtantiam, qvæ ſociari non poſſunt, niſi per ligamentum aliqvod medium, cum utriusq; natura conveniens, qvod eſt ſpiritus corporeus, aut corpus ſpirituale, qvod ſe habet inſtar agentis communis, aut calcis alicujus in conjunctione animæ cum corpore: ſic cœlum altiſſimum purum, & terra humilima corrupta conjunguntur tamen medio cum ambobus participante: ſic Deus ſum-

ſummé & infinitè purus & mundus, & homo extremè impurus & peccatis corruptus uniuntur & reconciliantur mediatore CHRISTO.

17. Spiritus mundi Univerſalis eſt elementum Qvintum (a) ſimpliciſſimum & ſubtiliſſimum, ſive Qvinta Eſſentia & Genus generale omnibus generibus commune, cauſa prima materialis, & prima materia generalis ac Principium rerum omnium totius univerſi (b) inviſibile & ferè incorporeum in ſua propria Natura, origo univerſalis omnium virtutum cœleſtium, luminis, caloris animātis & motus vitalis, per quem, tanquam inſtrumētum, DEUS primò Cœlum & elementa, omniaq; quæ in eis ſunt, ex ventre chaos produxit, eumq; Iliaſto (ſive proviſore generali, qui materiam ad generationem ſuppeditat) & Archæo, mirabili adaptatione inſtructum, in centro Terræ, ceu medio univerſi collocavit, ut ibi tanquam in throno ſuo proprio reſidens, ex ipſo corde mundi, & promptuario inexhauſto omnium opum ejus, omnes functiones vitales indeſinenter proferret, & per totum corpus ſphœricū circa ipſum expanſum, omniaq; ejus membra æqualiter diffunderet, res omnes indifferenter generando, formando, animando, poſtea & nutriendo ac conſervando, tandemq; reſolvendo & in ſuam naturam transmutando: p.2.16.34.44. 177.191.202.

(*a*) *Qvia non eſt ſituatum ſuper 4. elementa, ſed in ſeparatione chaos multo ſublimius aſcendit,* *qvàm*

qvàm unum illorum, ratione maximæ ſuæ levitatis, & à corpore, tanqvam à materia craſſa & 4. elementorum ſuperfluitatibus, ſeparari poteſt, ubi tunc ſuas operationes mirabiles edit.

(*b*) *Unde, qvi ipſius ſcientiam & ſapientiam eſt adeptus, rerum omnium ſimul cognitionem tenet, ut amplius ipſum latere nil poſſit: ob id Hermes Triſmegiſtus dictus, ob tres iſtas partes ſapientiæ in tribus ſummis rerum generibus, qvæ totum univerſum hujus mundi complectuntur, per ſpiritum univerſalem cognitas, qvi eſt principium, à qvo omnia meditatione unîus prodierũt, & per adaptationẽ orta & nata ſunt.*

18. Anima Mundi eſt qvaſi ineſcamentum aliqvod, aut ferrumen intelligentiæ divinæ: & per elevationes effectivas, renovationes, mutationes, variationes & multiplicationes formarum clariſſimè intelligitur, quæ aliunde proficiſci non poſſunt, qvàm de intelligentia divina, non de materia, qvia ex ſeſe bruta eſt, & nullam naturam intelligentem ad rerum formationem & ſpecificationem cauſare poteſt: Eſtq; in ſpiritu & corpore mundi, & virtus ejus per ſpiritum dilatatur & vigoratur. p. 14.

Cap. III.

Omnia eſſentiam & vitam habentia facta eſſe per Sp. M.

19. QVidqvid ſubſiſtit & eſſentiam habet, factum eſt ex ſpiritu mundi, & de prima materia: qvia per eum omnia reſpirant, vivunt, creſcunt,

ſcunt & nutriuntur, atq; eo deficiente reſolvuntur & moriuntur.

20. Anima & ſpiritus infuſa ſunt à Sole, qvi veraciſſimè materiæ qvalitatem in eſſentia producit: unde ſpiritus ille, actione ☉is calefactus, magnam vitæ abundantiam acqvirit, multiplicans & vivificans omnium rerum ſemina pag. 16.

21. Spiritus & vita in rebus eſt vel mundior, magisqve incorruptibilis; vel debilior & corruptioni magis ſubjectus, ſecundum materiæ prædiſpoſitionem; quia vigor ille igneus, ex radiis ☉ribus proveniens, non æqualiter idem eſt in omnibus ſubjectis, ſed diverſificatur ſecundum qvod ſeminibus magis vel minus ineſt: ſic omnis materia purioris prædispoſitiónis, ſpiritum habet durabiliorem & incorruptibiliorem: e. g.

☉, *Qvod purius & mundius eſt omnibus aliis terrenis corporibus, plus de hoc calore & igne cœleſti participat, qui terram penetrans, in mineris invenit materiam auri prædiſpoſitã, (ſcilicet ejus ☿ & ſulphur, quæ Esdras Terram nominat) & præparatam. p. 17.*

22. Materia hæc auri in principio eſt ſperma qvoddam, aut ▽a, cum pulvere illo, aut ſulph. puriſſimo commixta, quæ pedetentim, adjuta virtute propria coagulativa, inſpiſſatur, & longa actione continui caloris indureſcit, ita ut tandem ad ſuam perfectionem perveniat, quæ in natura ſimplex eſt, & calore igneo tincta. p, 18.

Cap.

veris viciſſitudine conſtat: Nam niſi in corpore aliqvo habitaret, generare nil poſſet. p. 19.

25. ☉ Tanquam origo & principiũ omniũ facultatum & generationum per influentiam ſuam ſingulari harmonia fortificat & vivificat Spiritũ M. in terra latentem, qvi ſine eo ſterilis eſt, & neq; creſcere neq; multiplicari poteſt: qvia ſine △e ☉ari ignis elementaris mortuus eſt & ſterilis, & ſpir. redditur generativ⁹ imprægnatione, quæ fit actione cœlorum & primarum qualitatum: Unde Hermes ait: Patrem ejus eſſe ☉em; quia omnes res nutriunrur & ſuſtentantur ex eo, unde factæ ſunt: ſic tempore verno ☉, ordinario ſuo motu ſuper clima noſtrum revertens, ſpiritum hunc ex hyberno frigore admodum debilem, ſterilem & penè emortuũ, calefacit & vivificat, unde terra vitã & vigorem recipit, imprægnatur & concipit, deinceps generat, extendit & multiplicat hanc materiam ſpirituoſam, perducens illam ab incorporalitate ad corporalitatem. p. 20.

26. Principia ſunt vel Naturalia, quæ ſunt radicalia & univerſalia: vel Artificialia, quæ ſunt particularia, inprimis Alchymiæ propria: utrobiq; principium radicale eſt ☉, ſub quo Hermes utrumq; principium Naturæ & Artis occultavit duplici ſenſu, intelligens tam ☉em cœleſtem, ut principium Naturæ & ſpiritus parentem, quàm ☉em terreſtrem, ab illo generatum, ſive aurum Philoſophorum, ut principium Artis & Lapidis parentem; quia in hac materia ſive ſubjecto eſt

aurum

aurum & argentum in potentia & inviſibile, ſcil. ſemen auri & argentum vivum in Natura; & eſt vera materia mineralis Lapidis, & unica res, à qva debent miracula perpetrari, ſec. Herm., à prima materia generali ſive Spiritu M. in terra producta, qvi ei tantum virtutis communicavit, qvantùm ad ſubſiſtentiam perfectam obtinendam in ſua deſtinatione opus habuit.

27. ☉ & ☾ Philoſophorum melius eſt, qvàm vulgi; qvia hoc mortuum eſt, illud autem vivum, atq; vegetari & creſcere poteſt; unde ad ultimũ perfectionis gradum pervenire poteſt, qvalem ars illi largitur, qvæ tanta eſt, ut imperfecta metalla, qvaſi miraculosè perficiat (ut Hermes,) ſed non ſine ope & miniſterio auri & argenti vulgi, (qvæ loco fermenti ipſi adjunguntur) qvia ſine eis iſtam perfectionem communicare non poteſt imperfectis metallis: unde etiam horum reſpectu ☉ Elixiris Pater eſt ſec. Herm. p. 21.

28. Lapis vel Elixir pariter eſt vel 1. *Naturalis ſive Phyſicus, qvi eſt à Natura compoſitus; eſtq; Spiritus ipſe Generalis & ſummum univerſale, per qvem, tanqvam inſtrumentum, omnia ſua miracula perpetrat, multoq; eſt admirabilior, qvàm Lapis Chimicorum; qvia perpetuo reſtituit res, qvæ ab illo principium ſortitæ ſunt, & ſingulis momentis novas parit in omni rerum genere, idq; ope & influxu corporum cæleſtium, præſertim ☉is, ceu parentis, (ut ſupra) & continet in ſe aurum & argentum ſpirituale, qvia eſt prima materia primæ materiæ auri & argenti corporalis:*

ralis: hinc ſine eo, tanqvam cauſa ſola vegetationis, facultas aurifica & argentifica corporibus metallicis, tam vulgaribus, qvam Philoſophicis & ſecretis inſita, ad vegetationem, & de potentia in actum deduci non poteſt; qvia Natura ſeipſam non producit, & in omni operatione opus eſt agente aliqvo, & materia ejus actioni ſubjacente: Atq; hic proculdubio eſt △is ille, de qvo Pontanus, qvem ſapientes omnes occultaverunt, tanqvam ſolam clavem ſui ſecreti, cujus defectu ſe fatetur 200.es erraſſe in practica, qvamvis in vera materia laboraret. p. 25.

2. Artificialis & Chymicus, cui ſolummodo per hunc ſpiritum conceſſum eſt in ſuum ſimile agere, ad introducendum id, qvod illi deeſt: qvia eſt verè metallicus, purificatus & per artem complexus; unde etiam purificat & perficit metalla impura, digeſtionis inopia in ſuis impuritatibus relicta. p. 23

29. Medium, per qvod ſpir. General. recipit virtutes ſuperiores, eſt aer; unde Hermes ait; ventus eum portavit in ventre ſuo: & Lullius eum vocat, ☿ium aereum. ibid.

30. Terra, inſtar primi parentis eum, tanqvam inſitum & incluſum fovet, & in ſinu ſuo fœcundo nutrit, ejusqve centrum ſemper eo proviſum & plenum eſt; unde omnium rerum è terra naſcentium indefeſſa productio, nutritio & ſuſtentatio cauſatur, & qvidqvid in mundo vivit, in & circa terram habitat, naturali inſtinctu ſentiens, in ea fontem & promum condum vitæ locatum eſſe: qvia ſine hoc ſpiritu non habe-

ptio, qvam ſeqvitur generatio: e.g. *In ovo actione caloris per fomentationem & incubatum, ſperma putreſit, poſtea coagulatur & formatur pullus: Sic etiam homo per unionē duorum ſpermatum, maſculini & feminini in matrice, ope caloris naturalis feminæ in corpus omnibus ſuis partibus cōpletū deducitur.p 27.13.*

34. Corruptio eſt mutatio & tranſitus formæ in formam, mediante putrefactione; (unico medio ad generationem,) qvæ fit beneficio ☿ii cujusdam aut argenti vivi, ſpecialis conductoris & delatoris virtutis vegetativæ: ſic è ſeminib⁹ omniū corporum, (qvæ aqvea ſunt, & qvaſi plena humoris ☿alis) ſi illorum calor innatus per externum calorem ☉is de potentia in actum deducitur, per decoctionem generatio prodit: p. 28.

Cap. VI.
Aerem eſſe radicem Spir. M.

35. VEntus nihil aliud eſt, qvàm aer commotus & agitatus: hinc animalia, dum aeris beneficio reſpirant, ventum efflant. p. 30.

36. Aer eſt ſpiritus vitalis, & vitæ ſpiraculum, omnia penetrans, vitam & conſiſtentiam omnibus communicans, ligans, movens & implens omnia: hinc ſine eo nil vivere aut conſiſtere poteſt, & qvidqvid eo privatur, moritur & ſuffocatur, etiam ipſæ plantæ, qvæ ideo debilitantur & langveſcunt: qvia inſtar ſpeculi divini ſpecies & formas rerum omnium naturalium recipit & retinet, easqve ſecum delatas per poros rerum iterum ſe inſinuat, p. 30. 32.

riora, quàm inferiora, quibus indifferenter infuſus, mixtus ac incluſus eſt, atq; in eis habitat.

2. Proximius; eſtq; Terra, in qua evidentius & facilius cognoſcitur, viderîq; poteſt, atq; in ea generatur, ab ea nutritur & copioſius manifeſtatur: quia 1. Eſt baſis reliquorum elementorum, & receptaculum influentiarum & virtutum ſuperiorum, ad quod ceu ſcopum, aſtra omnesq; influxus ſuperiores radios & virtutes ſuas ſimul projiciunt: unde etiam in ſeſe continet fontem vitalis hujus Spiritus & ſemina, virtutesq; ſeminales rerum omnium, & inde beneficium vitæ in animalia, vegetabilia & mineralia derivat, tanq; communis mater, quia à cœlo & aliis Elementis impregnata, è ſinu ſuo omnia producit: p 4.

2. Spiritu ab ea ſeparato per expulſionem aut elotionem, exinanita, tamen in aere aliquandiu relicta, iterum impregnatur, ut antea, à virtutibus & viribus cœleſtibus, ut lapillos quosdam cryſtallinos & lucentes ſcintillas iterum edat, ſpiritusq; ſic ſemper regerminet. p. 33.

40. Spiritus in terra agitatus ab actionibus cœlorum, & calefactus calore cœleſti, duplicem exſpirationem projicit: 1. Extra ſe elevatam, eamq; vel humidam: eſtq; Ros & Pruina: vel ſiccam: ſuntq; venti, Fulmina & aliæ hujuſmodi ſiccæ aeris impreſſiones. 2. Intra ſe concluſam manentem, eamq; vel humidam: unde res omnes liqvabiles generantur, ſcilicet metalla & mineralia: vel ſiccam, unde res non liqvabiles, ſcilicet lapides & alia ejns generis (ſed unde vegetabilia?) p. 33.

Cap. VIII.

Spiritum M. eſſe cauſam perfectionis in omnibus.

41. MUndus eſt vel ſuperior & cœleſtis: vel inferior & elemẽtaris, qvi dividitur in tria ſubalterna; Mineralem, vegetabilem, animalem. p. 35.

42. Spiritus M. eſt ſemper unus & idem, & æqvalis in qvavis re; ſed tamẽ in inferioribus & ſuperiorib⁹ differt: qvia ibi diverſimodè operatur ſecundum ſpecierum diverſitatem; unde infinita creaturarum varietas oritur, qvia aliâs una tantum ſpecies rerum in toto univerſo eſſet: hîç vero differt ſola puritate & ſubtilitate: qvia de ejus ſubſtantia pura & ignea facti ſunt ſpiritus cœleſtes, qvi ab inferiori corporali groſſitie longiſſimè diſtant: de media vel aerea globi cœleſtes & luminaria eorum: p. 36.

43. Sp. M. virtutes & vires rerum ſuperiorum & inferiorum, atq; ita totius mundi in ſe confluxas continet, propter exqviſitam ſuam temperiem: unde cauſa atq; principium & finis eſt perfectionis (ſcil. ſimplicis & naturalis) in omnibus, & conſtituit res omnes; qvia continet in ſe regulam, lineam, actionem & potentiã perfectionis, unde tantas vires ſuper res naturales acqvirit, ut omnia de potentia ad actum trahat, alteret & penetret, qvamvis ſpiſſa, mollificet dura, induret mollia, & tandem augmentet, nutriat & conſervet omnia, & in cunctis corporibus autor generationis & corruptionis exiſtat. ibid 44. Ope-

44. Operatio ſpiritus M. eſt triplex: 1. Vitrificatio per ſiccitatem, 2. Congelatio per frigiditatem: 3. Congregatio ſive unitio per humiditatẽ: unde terræ triplicis nomen ei fuit impoſitum; vitrificantis, ſalſuginoſæ & Mercurialis; ob. 3. principia rerum, vitrum, ſal & ☿, p. 37.

45. Principia rerum omnium, qvæ in mundo exiſtunt, tria ſunt:

1. Vitrum; qvod eſt cauſa duritiei, cujus virtute vitrificatoriâ res ſec. magis vel minus indurantur: ex. gratia: in animalibus oſſa per vitrificationem conſolidata & indurata ſunt: in vegetabilibus teſtæ amygdalarum, pinearũ, juglandum, avellanarum &c. ſunt vitrificatæ: ſic & conchæ teſtudinum, oſtreorum &c. In mineralibus lapides precioſi nil aliud ſunt, niſi vitrum in furno ingenioſæ Naturæ ad ſuam perfectionem elaboratum: hinc etiam finis rerum omnium eſt vitrum, ad quod ultimè reducunrur, ita ut ultra vitrum nulla poſſit fieri productio, neq; per naturam, neq; per artem.

2. Sal; Quod præbet materiam: quia omnia corpora ſalſa ſunt, & nihil ſale caret, niſi id quod inſipidum eſt: e.g In animalibus caro & nervi per ſal concreverunt: ſalſiſſima autem ſunt ea, è quibus vitrum fit, ſc. filix, Kali & plura alia; neq; tamen cauſa indurationis ſal eſt, quia reſolvitur & liqueſcit per minimam etiã humiditatem aeream, vel aqueam, cujus contactũ incurrit: res autem aliæ induratæ liquationi reſiſtunt.

3. ☿ ſive ▽: qui unitionem & condenſationem efficit, quod docet communis experientia: ſic ſubſtãtia carnis per humorem ☿ialem unita & congregata in maſſam coivit. p. 37 39.

46. Mineralia conſtant ſale ſufficiente, ut & ſulphure & ☿io. p.38.

47. Lapides & omnia è terra extracta, qvæ fuſionem & extenſionem ſub malleo non ferunt, habent qvidem aliqvid ſalis in ſe, ſed hoc per aduſtionem ſulphuris comburentis ſuperatum eſt, qvod in vitrificatione & induratione illorum intervenit. ib.

48. Metalla, omniaq; fuſibilia & ductilia concreta & condenſata ſunt beneficio ſalis & ☿ii, non qvidem ſine vitrificatione illa indurante, & ad malleationem difficilia reddente; attamen prout magis vel minus impuritati & aduſtibili terreſtreitati implicantur, qvæ in condenſatione & coagulatione ☿ii illorum intervenerunt. ib.

Cap. IX.

Spiritum M. ſpecificari ad corpora.

49. PArtes rerum omnium componentes tres ſunt: Corpus, ſpiritus, anima; qvæ ut in omnibus rebus generatis ſunt, ita etiam in ipſo magno univerſo, & machina mundi: habentq; inter ſe ſemper cognationem tantam, ut una ſine altera nunqvam inveniatur; qvia unitæ & ſemper invicem colligatæ ſunt, & per hanc unionem ſpiritum vitalem integrum reddunt, & ſubſtantiam corporalem. p.41. 26.

50. Hæ tres partes inſunt rebus ſubjectis vel manifeſtè: vel occultè, ita ut interdum duæ, qvæ videntur abeſſe, in tertia reſtanti occultentur: qvia indiviſibiles ſunt, & Naturæ lege ita genera-

tæ, ut una ſola ſit in ſe omnia: atq; hoc ſenſu materia ſpiritus, & ſpiritus corpus non impertinenter appellari poteſt, & materia non tantum corpus eſt, anima aut ſpiritus, ſed hæc tria ſimul refert; qvia unum cum altero generatur & nutritur, ita ut in propagatione & actione unius ſemper duo reliqva inveniantur. p.26.

51. Anima univerſi fingit; & ſibi imaginatur diverſas formarum ſpecies, qvas ſpiritus in viſcera Elementorum recipiens, corporeas facit, & in lucem producit: unde omnis res generat ſuum ſimile; animal generat animal tantum, planta plantam, minera minerale (qvanqvam non modo per omnia, ut ſuperius dictum.) ib.

52. Anima mundi ejusq; actio & virtus in omnibus rebus repræsẽtatur, in eisq; tota conformis eſt: unde ligat & conjungit res ſuperiores & inferiores: qvia qvot in cœlo ideæ ſunt, tot etiam habet cauſas, & rationes ſeminales, unde mediante hoc ſpiritu tot ſpecies in materia format. p.39.

53. Anima intellectu ideali dotata eſt, & per formas materiales, ceu occultam harmoniam & congruentiam (qvas Zoroaſter allectiones & illecebras vocat) allicitur: qvia ipſa ſibi nutrimenta & cibum præparat, tanqvam transmutabilis in omnes res, per qvas attracta & ſolicitata fuit, in iisq; ſemper manens & libenter reſidens: nam ab ea omnis res & ſpecies dona & vires ſuas ſeminales & his conformes alias, per qvas germinat & pullulat, haurit: Unde e.g. *Homo, licet carne ani-*

malium nutriatur, non acquirit naturam eorum, ſed humanam ſuæ ſpeciei convenientem: ſic etiam homo pluraq; animalia iisdem ſæpius alimentis veſcuntur, è quibus tamen quodlibet attrahit illud, quod ſpeciei ſuæ eſt proprium, quod admiratione dignum: idq; fit non propter diverſa variaq; alimenta in eodem cibo, ſed ratione ſpeciei nutritæ, quæ attrahit conforme ſibi nutrimentum, idq; in ſe transmutat, quo mediante, ſibi ſimile generat, ob virtutē hujus animæ & rationem ſeminalem, quam ſecundū ſuam qualitatē in ſe habet. p. 40.

LIB. II.

CAP. I.

Spiritum M. incorporari & quomodo.

54. SPiritus M. omnes res non ſolum producit, ſed etiam corporificat ſive corporeas reddit: unde & ipſe corporeus eſſe debet; qvia qvod qvis non habet, dare non poteſt. p. 43.

55. Terra eſt vas & vera matrix, ubi primus & generalis corporificator rerum corporificat. ib.

56. Calor ſive △is naturæ, qvi primo in aere ſe movet, & omnium elementorum maximè activus eſt, unde ab eo omnes generationes incipiunt; eſt primus motor corporificationis, ſine qvo fieri non poteſt, qvi potentiam ad actum deducit, ut id, qvod exiſtere non creditur, in lucem egrediatur, & ad terminum finalem pro naturæ intentione perveniat: qvia ſemper corporificat id, qvod producturus eſt. ib.

57. △is iſte originem motus ſui & actionis ab inferioribus accipit, (qvorum gremio & cordi radix ejus implantata eſt): unde ejus proprietas eſt, propter vivam ſuam levitatem ſurſum tendere, & res incognitas viſibiles reddere. p. 44.

58. △is hic centralis excitat vaporem humidũ (qvem naturã humidã appellat Herm. in Poem.) qvia vapor eſt prima & proxima actio ignis, & cum eo totaliter conjuncta: & ſi enim ignis ſit calidus & ſiccus, tamẽ absq; humore vivere aut ſubſiſtere non poteſt, qvia eſt ipſius alimentũ, & ſuſtentaculum, ſine qvo ne qvidem imaginatione concipi poteſt: qvia enim ejus natura eſt agere, ejuſq; actio indeficiens eſt, oportet ut in rem aliqvam agat, qva nunqvam deſtituatur.

59. Generationis omnium rerum principia duo ſunt, qvæ ſunt primi parentes corporificationis ſpiritus mundi:

1. Activum ſeu agens, eſtq; Ignis vel calor, tanq; maſculus, qui eſt primus & ſolus operator & ultimus deſtructor & mutator formarum, quarum cauſa exſtiterat, eo uſq; etiam donec res ad periodum & materiam ſuam reduxerit, ultra quam non datur progreſſus, ſed tantum transformatio; hunc Moſes appellat Spiritum Dei, *ratione nobilis, puræ & dignæ eſſentiæ ejus: (Sic in hominis productione prima potentia activa eſt calor agitatus, qui actionem ignis imitatus (cujus præcipua natura eſt ſeparare) trahit de toto corpore ſperma, in quo ſemen humanum in potentia continetur, illudq; coquit & digerit, ut ad expulſionem, & poſtea ad generationem & augmentationem perfectam hominis integri*

aptum fiat.) Deſtruit autem, dum ad finem exaltationis ſuæ perveniens, à ſulphure excrementorum, ex impuritate alimentorum procedentium, nimis inflammatus, humidum radicale, vitæ ſedem & conſervatorem, exſiccat, neq; actionem ſuam intermittit, donec corpus per reſolutionem & corruptionem in cinerem redegerit: p. 47.

2. Paſſivum ſeu patiens; eſtq; Humiditas ſeu aqua coeſſentialis, atq; femina, quæ tamen cum agente inſeparabiliter coexiſtit: unde Zenon ſubſtantiam △is per aeram in ▽am verſam, & in illa inſtar ſpermatis generalis conſervatam, primam univerſalem materiam dixit: Thales Mileſius ▽am vocat; Heraclitus Mare: ita etiam Moſes hanc ante creationē cœli & terræ extitiſſe ait, ſuper quam Spiritus Domini ferebatur: p. 46.

60. △ centralis, ſeu Demogorgon, in centro terræ reſidens, ſuper ſuum Humidum radicale in ſuo proprio ſinu agens, elevat vaporem ſubtilem, ex ſicco & humido procedentem & utriuſque principii participem, qvi vocatur à Philoſophis Spiritus Mundi, & Mercurius Mercuriorum; qvia ab eo omnes alii univerſaliter procedunt. p. 49.

61. Vapor iſte nondum corpus eſt, ſed res media inter corpus & ſpiritum, participans de una & altera ſubſtantia; in qvo ſtatu tamen nullam rem generat, niſi corpus aſſumat, aut formet. ib.

62. Corporificationis modus? vapor hic elevatus penetrat Terræ ſpongioſitatem, in qua pedetentim in terram ☿alem cōvertitur ab occur-

ſu

ſu aeris infuſi & ipſius terræ (cujus ſuperficies à centro diſtat longisſimè) qvemadmodum in alembico vapor, aut ſpiritus ſurgens funditur & confluit: poſtea actione ignis innati, aſſiduè ſtimulantis & cogentis, ſiccum bibente humidum, ingroſſatur, ſenſimq; moderata & continua coctione condenſatur, & coagulatur in conſiſtentiam primò mucilaginoſam & differentem, nec per omnia ſimilem: ib.

63. Mucilago iſta poſtea digeſtione continuata ſiſtitur, & à Naturæ intentione, per informationem Idearum, principium accipit ſoliditatis & indurationis, qva via Natura neceſſariò progreditur ab una extremitate ad alteram per diſpoſitionem mediam. p. 50.

64. Pars groſſior in venis terræ aut petrarum cavitatibus concrescit in corpora metallica, varia ratione accidentium, quæ illis ſecundum diſpoſitionem locorum aut matricum, in qvibus generata ſunt, adveniunt; non ratione ſubſtantiæ, qvia ex uno ſemine orta.

65. Pars ſubtilior, ſua natura ſurſum aſcendens, tandem ad ſuperficiem terræ pervenit, ubi Natura intentionem continuat, atq; ideo generationi & corporificationi individuorũ incumbit, dum potentiam occultam ſeminum, à natura illis inditam, ad actum promovet, à ☉lis radiis attracta & vigorata: atq; ita excitat ignem innatum in ſeminibus, quæ & ipſa in vaporem & primam materiam reſolvuntur, mediante eorũ proprio

proprio aere; qvi vapor ſuſcitatus ad germinationem nutritur & augmentatur à priori, qvi nunqvam deficit, aut agere ceſſat in materiam ſeminum, donec ad periodum perfectionis ſuæ devenerit, à natura deſtinatæ, qvæ eſt planta vel arbor.

66. Planta poſtea, cum ſuo tempore ad magnitudinem naturalem excrevit, incipit non qvidem propriè mori, ſed ad declinationem vergere, & tandem in primam formam converti, ſcil. Terram, ubi idem vapor nondum deficit aut otioſus eſt, ſed in ea alias generationes producit: Sic ex putredine qvercus naſcuntur animalcula qvædam, polypodes, & infinita aliarum beſtiuncularum aut vermium copia: aut etiam aliarum rerum vegetationem in ea incipit, p.52.

67. Spiritus autem vapor hic in generatione individuorum ſolus incorporatur per ſiccitatem ſuam, & per humiditatem ſe dilatat & augmentat proprio ſuo calore eò adductus, atqve ab illo provenit creatio, augmentatio, multiplicatio & conſervatio rerum omnium, non autem ex maſſa terreſtri, neq; ex terra adjacente:

Qvia 1. Maſſa ſeminis in generatione integra manet & ſine diminutione, aut qualicumq; minoratione à germine ſuo ſe ſeparat, & tamen planta inde exſurgit.

2. Terra adjacens non eſt, niſi excrementum materiæ ſpirituoſæ & primævæ; unde etiam in digeſtione ventriculi excrementa eodem fere pondere & qvantitate rejiciuntur, qva cibus erat aſſumptus, cum tamen

pro-

proprium ſuum & particulare alimentum inde extraxerit, qvod aliud nil fuit, qvam ſpiritus ille, in maſſa concluſus. 3. Per additionem etiam terræ adjacentis parum accedit, cum exhauriretur tantum terræ, qvanta arboris eſſet magnitudo. ib.

NB. Errant ergo qvi putant:

1. *Cognitionem hujus rei & corporis captum ſenſumq́; communem hominis excedere, & non niſi Angelis & Dæmonibus perviam eſſe.*

2. *Corpus hoc aliud non eſſe, niſi univerſale & generale, eò qvod ſpiritus ſit univerſalis.*

3. *Non poſſe haberi & percipi, niſi per converſionem corporum perfectiorum in primum ſuum ſpiritum & ſperma, exacta & laborioſa ſubtiliatione: qvia in Natura nō datur regreſſus; & corpora quo ſunt perfectiora, eò longius à principiis ſuis & prima corporeitate abſunt: & hæc via eſt cōplexionis, non reverſionis deſtructivæ, quæ ad originem ſive nativitatem reducit, unde veram & naturalem reductionem hac via nunqvam nanciſcuntur, ſed corpus tantum phantaſticum, longe remotū ab eo, cum qvo Natura omnes ſuas operationes productivas incipit, quod ſolum & legitimum ſperma omnium corporū eſt: dein hic labor etiam eſt impoſſibilis, aut ſaltem ita difficilis & longus, ut vita humana ordinaria ad eum abſolvendum non ſufficiat.*

4. *Q. E. qvam vocant cœlum Philoſophorum, extrahendam eſſe è corporibus, tanqvam partem ſubtiliorem, magisq́; volatilem, eamq́; ſpiritum illum eſſe: qvia orientem in occaſu qværunt, cum corpora ſpiritualia reddant, ubi ſpiritus corporeos facere debeant:*

inci-

incipiant enim ab ignificatione, & ex △e corpus volunt perficere, cum faciendum eſſet corpus terrenum, & corporificationis initium in omnibus rebus à terra ſit. p. 55.

Cap. II.

Spiritum M. converti in terram, & qvomodo in ea vis ejus integra.

68. Corporificatio rerum omnium fit per terrificationem: qvia absq; coagulatione, ignis ſiccitatem neceſſario inſeqvente, fieri non poteſt; ea autem non niſi in corpore terræ fit, unde omnia alia corpora proveniunt.

69. Materia & ſubjectum præjacens, omnium corporum principium, in terra occultatur, ad terrificationem proximè aptum, (qvia aliàs ex nihilo facta eſſent, qvod Naturæ repugnat) corpori terræ alligatum eſt, ubi nutritur, inſpiſſatur, & corpore fit. p. 56.

70. Materia hæc eſt ſpiritus & vapor tam ſubtilis & ſolutus, ut non niſi intellectu & imaginatione percipi poſſit: at qvia corpori & ſpongioſitati terræ alligata eſt, & in illo habitat, ob id naturam qvandam qvaſi corpoream, & ad corporificationem aptam, poſſidet; unde beneficio caloris ſui innati ſiccam acqvirit qvalitatem, humore qvodam ſecreto comitatum, per qvem condenſatur, & in corrpus ſpecificum coagulatur. pag. 58.

71. Materia hæc exſiccata primò fuit ▽a: qvia dum hæc per poros terræ fluit, ibidem ſubſtantiam

tiam diſſolubilem invenit, cum qvo per partes illius ſimpliciſſimas unitur, qvæ poſtea ſubſtantia de ſe ipſa congelatur & coagulatur per indurationem, qvam naturaliter ratione ſuæ innatæ ſiccitatis in ſe habet, deinde per ſucceſſionem & longam decoctionem duritiem acqvirit metallicam. ibid.

72. Primùm autem condenſata & corporificata de natura ſalis participat, & ſal primum corpus eſt, per qvod illa palpabilis & viſibilis apparet; vocaturq; à Lullio Terra virgo & verum elementum, in qvam Spiritus M primò convertitur per vitrificationem, (i. e. *humoris extenuationem*) *qvia ſal in ſe continet duo illa principia innata corporificationis, ſcil.* 1. *△em vel calorem, tum qvia actione ejus tam promptè congelatur, in qva ignis cum igne agit & unitur; tum qvia ſiccus eſt, & naturaliter humorem combibit; omnis autem ſiccitas à calore:* 2. *terram; qvia tam facilè reſolvitur, & in ejus liqvefactione aer cum aere conjungitur: hinc etiam Terra diſſolubilis eſt: p 48.*

73 Sal hoc eſt, ex qvo omnia corpora primò compoſita ſunt, tanqvã ex materia prima, qvodqve formam dat omnibus rebus, & nihil in ſenſum viſus, aut tactus absq; ſale cadere poteſt, nihil coagulatur & congelatur, qvàm ſal. metallis & lapidibus duritiem largitur per potentem admodum, ſed ſecretiſſimam, virtutem vitrificantem: unde idem etiam eſt materia ultima, in qvam res omnes productæ regrediuntu: *qvia principia com-*

poſitionis & reſolutionis æqualia ſunt, & prima rerum materia non eſt alia, quàm ultima, quemadmodum nix & glacies ex aqua facta per coagulationem, in eandem per calorem reſolvuntur: Dum enim corpus deſtruitur per putrefactionem, vel per combuſtionem & calcinationem, inflammabili, quod ineſt, conſumpto, in paucos cineres redigitur, qui continent ſal quoddam purum, igneæ naturæ, cujus unicus parens & multiplicator ſolus △is eſt, & in ejus interiori occultatur: Unde in ſale quippiam incombuſtibile, ſeu Secretum △is elementum latet, quod cum △e primævo eaſdem actiones habet (ut norunt Spagyri, vocantes ▽am ſiccam & permanentẽ, non madefacientem manus, haud magis, quam ☿ius vulgi, de qua Arnoldus in Breviar. Philoſ. Operator nil plus efficiet ſine ſale, quam baliſtarius ſagittã mittet ſine chorda, & in Nov. Lum. Chim. de ejus præparat: Quis igitur erit, qui ▽am hanc præparare poſſit? Dico certè, quod ille erit, qui vitrum faciendum curat: pag. 60.) ob id Balſamum corporis appellatus; quia in ſe habet id, quod vitam dat, augmentat & conſervat, quod nil aliud eſt, quam Vapor humidus calore temperato concomitatus. 47.

74. Sal hoc Naturæ, & ipſe Spiritus Univerſalis terrificatus ſec. Herm. eſt pura & vera Terra, (cujus fæces & excrementa ſunt terra illa, quam pedibus calcamus) qvæ tamen in limbo aut chao ſuo adhuc latens (i. e. diſſoluta, diffuſa & in ▽a ſua quaſi ſuffocata) viſu formam, guſtu & tactu qualitatem ▽æ amaræ obtinet, qvæ etiam in æternum conſervaret, niſi ſeparatio interveniret,

per

per evaporationem actione △is, ubi pedetentim diminuitur, donec in centro globi ſui parva maſſa ſalis coaguletur, eodem modo coiens, quo corpus terræ in primo limbo aquarum univerſaliũ: rebibit tamen totam ſuam humiditatem, & per △is continuationem ſponte ſiccatur, humiditatem nihilominus internam conſervans, àqua virtutem illam poſſidet; Atq; hæc eſt productio Aridæ vel Terræ, & prima operatio per △em.

75. Terra enim duplex eſt, & in medio ejus quaſi ſedimenti alicujus congregatio facta eſt per modum ſeparationis aqvarum ab aquis: 1. Elevativa, quæ per evaporationem ſeſe elevavit: 2. Congelativa, quæ in fundo fixa remanſit, (*quod adhuc quotidiè experiuntur ſalis coctores*:) hæc autem ſeparatio facta eſt per △em ſeu calorem, qui ſolus inter omnes res mundanas hanc virtutem ſeparativam poſſidet; eumq; vel Naturalem ſeu fortem attractionem radiorum ſolarium: vel violentum, ſive ignis violenti expreſſionem.

76. Sal hoc virtutem productivam & ſpecificam individuorum in ſe continet, & omnes terrę qualitates habet, ſicut ipſum corpus magnæ terræ, nõ ut producat mineralia, herbas aut animalia, ut hæc, ſed quod ſemen originale rerum omniũ in ſinu ſervet: quia in ſe habet, & per mechanicam △is monſtrat colores, ſapores, incrementa, vegetationes & indurationes omnium, quæ in unoquoq; horum trium generum conſpiciuntur: & inſuper proprium △em, à ☉e introductum, per quem res omnes vivificat ac nutrit.

77. Cœlorum virtus ſubtiliſſima eſt, ut terram; qvæ eſt corpus ſolidum, per partes minimas penetrare poſſit: qvia ſubtiliſſimam habent materiam, qvæ ſimiles qvoq; ſibi virtutes producunt.

78. Finis propter qvem motus cœlorum eſt, ut eorum virtutes & potentiæ in corpora inferiora influant, penetrando, calefaciendo, purgando, ſeparando, vivificando, augmentando, conſervando & reſtaurando: qvia 1. *Influxus iſti non fiunt inu iliter*: 2. *Non fiunt aut extenduntur in loca, ubi nihil eos recipere poteſt, ut ſupra cælos*: 3. *Fiunt in rem corpoream, cum nihil patiatur, quàm quod corpus habet*: Influxus autem iſte perpetuus eſt & continuus: qvia motus, per qvem deſcendit, orbicularis eſt; ſemper à ſe incipiens, & in ſe rediens; unde res qvibus influit, & qvod inde prodit, ejuſdem naturæ & qvalitatis ſunt, utpote indeſinenter recipiente potentiam & multiplicationem harum virtutum, qvæ nunqvam deficiunt.

79. Terra eſt ſubjectum, & ſolum illud corpus inferius naturale, qvod recipit influentias cœleſtes: qvia hæc eſt verum centrum univerſi, & punctum vaſti hujus orbis infimum, tanqvam præfixus naturæ ſcopus, in qvo continuè illa occupatur, ut corporificet & animet, ad qvem neceſſariò omnes influxuum lineæ collineant, cum directò deorſum tendant ad centrum corporis ſphærici, in qvo ſolo apicibus ſuis qvaſi infiguntur.

80. Influentia peragitur per penetrationem virtutis cœleſtis,utpote ſubtiliſs.,qvæ ad centrum usq; terræ vergens, neq; ulterius ſe extendere valens, cum locum inferiorem non inveniat, cogitur ibi ſubſiſtere, & ſeſe congregare, atq; ita in centro ſeu fundo terræ omnes virtutes cœleſtes coeunt & uniuntur, ibiq; unitæ & coactæ infinitam habent potentiam, non ſolum qvod continuè affluant, ſed etiam qvia à corporibus in virtute infinitis, incorruptibilibus & indeficientibus oriuntur: *Unde Poëtæ Plutonem, cui terram pro imperio aſsignarunt, ditiſsimum inter fratres Jovem & Neptunum dixerunt, qvod in ejus dominio omnes mundi theſauri continuè naſcantur.*

81. Influentia iſta eſt vel 1. Naturalis, qvæ aſtris innata, & in prima creatione communicata fuit, & in puncto ſuo immutabilis, fixa ac permanens eſt: eſtq; gubernatio illa univerſi, (*de qva Herm. in Pœmand.*) per qvam illud in ſuo eſſe conſervant à deſtructione, interitu & annihilatione; hujus virtutes recipit ſpiritus univerſi, qvi eas applicat omnibus rebus, qvibus ſubſiſtentiam & incrementum communicat; vel 2. Accidentalis, qvæ p. n. per diverſitates ſituationum & aſpectuum accidit, & omni momento mutationi ſubjecta eſt, & nunqvam æqvalis manet, habetq; potentiam tantùm in effectus materiæ, non materiam ipſam: unde, qvacunq; etiam maligna influentia incidente, Spiritus M. in ſuo centro non intermittit ſuas operationes, ut convenienter eas ab-

 ſolvat,

ſolvat, & continuè animalia, vegetabilia & mineralia producat: & ſi interdum mortificationes accidunt, id tantũ à malitia aſpectus oritur, qui non niſi maſſam excrementitiam, non rem ipſam & ſubſtantiam interiorem tangit: pag. 78.

82. Aſtra, qvia in continuo motu ſunt, continua etiam influxionum actione occupantur, ac proinde etiam vivificatione, vitam vitæ indeſinenter addendo: unde inſequitur augmentatio unà cum conſervatione, per indeficiens vitæ ſuſtentaculum, & reſtauratione per infinitam reſtitutionem ejus, quod in ſpecierum generationes impéditur & conſumitur: atq; ſic etiam ipſa prima materia corporificata, imprægnatione cœleſti gravida, ex ſeipſa, viva quadam & inexhauſta alimenti & augmenti ſcaturigine, nutritur, creſcit & multiplicatur, & ob id appellatur Draco aut ſerpens, ſeipſum mordens, vegetabilium inſtar ſemper renaſcens & germinans. p. 78.

83. Ignis aſtrorum non eſt vulgaris, mortalis, deſtruens & conſumens, ſed vitalis, vivificans, nutriens & conſervans: quia aliâs non ſolum terra, ſed & totum univerſum jam diu conſumptum eſſet: [*Errant igitur, qvi credunt in centro terræ ob concurſum influentiarum cœleſtium extremum ardorem eſſe, adeoq; ipſum infernum, & animarum torturam ibi conſiſtere.*]

84. Calor eſt duplex: 1. Externus & reverberationis; eſtqve ſolis cœleſtis, qui radiorum ſuo-

rum

rum Magnetica virtute calorem internũ &ad interiora terræ frigoris rigore detruſum & compreſſum attrahit, tanquam ſui ſimile; per ſe autem & ſolus terram non calefacit, & generationem cauſat, neq; vegetationis rerum cauſa principalis eſt, dum vere regreditur: *qvia aliâs vegetationes, quo ſublimior ille evaderet, proportionaliter excreſcente calore augmentarentur, cum tamen contrarium accidat*: 2. Internus, & influxionis ac penetrationis: eſtque ſolis terreſtris innatus, centralis ac vitalis, in antiqui Demogorgonis ſinu latens, qui virtutem ibi plantat uniformem mediante calore externo, quem ſuſcipit à ſole, à quo attractus ad ſuperficiem terræ aſcendit, & per totum ejus corpus ſeſe dilatat, rebus cunctis vegetativam virtutem reſtituens, cum ſit primus generationis motor: tempore autem hyberno reprimitur & in terra retinetur ab ambiente frigore aeris & aqvæ, unde vis ejus intenſior apparet in fontibus, ciſternis & cellis profundis, & probabile eſt, metalla tum maximè coqvi, & indurari. pag. 73.

85. Calor Solis & aſtrorum in ſe ſimul continet virtutem ſeparativam, qvæ eſt ejus potentia naturalis, ſegregans purum ab impuro, ſubtile à groſſo, leve à gravi & dulce ab amaro; eſtqve cauſa in rebus, qvod naturaliter unaqvæqve de ſeipſa rejiciat excrementa, qvæ non ſunt de ſubſtantia ſui ſpecifica; id qvod maximè neceſſarium eſt, p. 75.

 86. Sub-

86. Subſtantia naturalis ſive prima materia & ſemen in omnibus rebus productis inviſibilis eſt, & maſſa qvadam corporea involuitur, occultatur & portatur, qvæ nil eſt niſi excrementum ejus, qvod videmus & tangimus: qvia ſine hoc nil corporificatur, idq; ex maledicto peccati originalis: *ſic tota maſſa terreſtris, quam pedibus calcamus, eſt excrementum primæ ſubſtantiæ, in limbo chaotico unitæ: Cibi omnes non ſunt niſi excrementa, ſuccum inviſibilem & ſpiritualem tantum cõtinentes, aptum, ut in carnem & ſubſtantiã noſtram congeletur ac transſubſtantietur, ac proinde à Natura attrahitur, totâ maſſa per loca deſtinata reiectâ. ib.*

87. Terræ maſſa circumqvaque centro circumfuſa eſt, & æqvali proportione concreta: unde ſphærica hæc rotunditas cum æqvilibri ſubſtantia facit, ne moveri, aut cadere posſit: qvia nusqvam ulterius tendere poteſt, qvin iterum aſcendat, cum jam infimum locum occupet; *qvemadmodum lineæ à quavis partè ſuperficiei circuli ad centrum ſive punctum ſuum cadentes, aliò non poſſunt abſtrahi, niſi rurſum aſcendant. p. 76.*

Cap. III.

Separatio △is à terra, ſeu ſubtilis à groſſo.

88. SEmina rerum in ſua terra excrementitia vivificantur, medio ſeparationis, qvam aſtra influxu ſuo efficiunt, cum qvo ſimul virtus augmentativa & reſtaurativa deſcendit: unde in

rerum

rerum generationibus ſubſtantia à corpore terræ, per operationẽ caloris influxi, ſeparatur, nihil ejus retinens: *quia aliás nil in lucem prodiret, aut vitæ beneficium reciperet, cum ab excrementorum abundantia ſuffocentur, ac ſepulta & mortua manerent. p. 76. 77.*

89. Separatio eſt diviſio & diſtinctio rerum diſſimilium, ut cœli & terræ, ſolis &c. puri & impuri, caloris & frigoris, ſicci & humidi &c. & eſt initium rerum omnium, & prima operatio corporis univerſalis, confuſa membra ſegregans: qvia ſine ea maſſa chaotica difformis manſiſſet, dies & nox, ſol & luna, hyems & æſtas adhuc res una eſſent, metalla & mineralia uno continerentur corpore, & omnia vegetabilia uno ſemine: unde etiam Natura & Ars omnes ſuas actiones ab ea auſpicatur. p. 87.

90. Separatio duplex eſt, ſcilicet Rerum vel 1. Similium ſeu homogenearum, qvæ ſimpliciter tantum differunt, nec ab invicem ſeparatæ ſunt, niſi ratione loci aut ſitus: diciturq; propriè Diſtinctio; ut partium mundi, qvæ à primo chao ſeparatæ fuerunt, cœli & terræ; ligni & corticis, & rami: qvæ non ſunt ſeparata aut diviſa, ſed inter ſe certam habent affinitatem & mutuum colligamentum, atq; inter ſe conſentiunt: vel 2. Diſſimilium, heterogenerarum & contrariarum, qvæ connexionem nullam habent Naturæ cum ſubſtantia rerum, ſed actionem virtutis naturalis, puræ ſubſtantiæ innatæ, impediunt, aut omni-

nò deſtruunt; diciturq; propriè Diviſio vel Deciſio: ut puri & impuri, frigidi & calidi, groſſi & ſubtilis &c. hac Natura & Ars in omnibus ſuis productionibus utitur, ut proprias virtutes cujuscunque rei liberas reddat. p. 88.

91. Subſtantia non recipit in ſe contrarietatem, ſed tantum plus vel minus *(ſcil. non ratione eſſentiæ, ſed actionum & virium:) Sic homo in unaquaq; parte ſua non magis vel minus homo eſt, quàm alius, actiones tamen in uno, quàm altero ſunt excellentiores & potentiores: Ita in plantis partes de virtute innata participant, quæ illis propriè particularis eſt, plus vel minus, quod colores & ſapores manifeſtum faciunt, & tamen in eis nulla eſt contrarietas. p. 90.*

92. Natura nunquam excedit ſimplicem perfectionem, ſed res omnes præparat ſec. ſuum gradum pro ſua poſſibilitate: has dein Ars aſſumens, incipiendo, ubi Natura ſubſiſtit, ad altiorem perfectionis gradum deducit, eadem via Naturæ, ſc. per ſeparationem. p. 91.

93. Omnis ſubſtantia de ſeipſa ſimplex & pura eſt, & per conſequens corruptioni & morti non ſubjecta: eſt autem 1. vel Superior, quæ ab omnibus excremẽtis libera eſt; vel Inferior, quæ involuta jacet in medio fœcum impurarum hujus mundi, quarum natura eſt deſtruere & mortificare, & à quibus omnes corruptiones & mortificationes rerum oriuntur: *Sic alimenta, quæ impura ſunt & vitæ carnificem ſecum portant, ſcil. venenum in illis latitans, nec niſi parvam quantitatem ſubſtantiæ*

vi-i-

vivificantis & nutrientis in ſe habent, tandem Naturæ actionem legitimam, quæ vivificatio eſt, abolent. & mortem introducunt, niſi per ſeparationem à Medicina retardetur. 2. *Vel Generalis & prima materia; vel Particularis, & materia ſpecierum & individuorum ſecundum influentiam & impreſſionem ideæ aut formæ cœleſtis, quæ infinita eſt, unde & ſuam propriam & particularem efficaciam habent: eſt autem ſimplex & indiviſibilis, & una in Eſſentia, virtute & qualitate, ſive in limbo univerſi ſive in quacunq; ſpecie corporum compoſitorum. p 117.*

94. Subſtantiarum proprium eſt aſcendere ad locum originis ſuæ, excrementorum autem deſcendere, & ad centrum vergere: unde omnes res ſuperiores ſunt puræ & ſubtiles, inferiores verò groſſæ & impuræ. Sic etiam purum, quod ineſt vegetabilibus & animalibus elevatur & ſuperiora petit, atq; eadem ſecum aſcendere & creſcere facit, donec à maſſa excrementitia liberetur, atque longisſimè abſit ab excrementis, & ſine alteratione & labe vivere poſſit.

95. Corruptio eſt vel 1. Originalis, per ſemen parentum, qui malè valentes & naturam corruptam habentes, impurum & corruptum ſemen producunt, de generatione in generationem magis degenerans; medicamentoſæ tamen correctioni ſubjectum: 2. Adventitia, ex alimentorum nimis excrementitiorũ continuo uſu, ex quo corpora noſtra depravantur; quæ alimenta corruptionem ſuam à loco generationis trahunt.

96. Sub-

96. Subſtantia naturalis nunqvam eſt ocioſa, ſed ſemper & ſine fatigatione circa generationes & vitrificationes occupata: eſtq; propria & virtuoſa ſubſtantia terræ, atq; illa ſola, qvæ per corporificationem ſuam omnia corpora generat, & propriè terra appellari debet. p.107.

97. Subſtantia hæc, ſeu materia prima, per ſe pura non creata eſt, ſed immixta fæcibus & impuritatibus: qvia 1. aliàs omne, qvod inde prodiiſſet, & adhuc prodiret, mortis cauſa non fuiſſet: 2. Nulla generatio in mundo inferiori fieri potuiſſet, cum formarum alteratio & mutatio nulla ibi fuiſſet: ubi enim nihil qvàm puritas eſt, ibi neq; actio eſſe poteſt, ut qvæ ſine patiente fieri neqvit: unde natura circa eam, tanqvam unicum ſubjectum, occupata eſt in continua actione ſeparationis puri ab impuro, ad ejus cõſervationem, eamq; ad formam primæ creationis nutrit, multiplicat, & auget cum nutritione, multiplicatione & fæcum accretione: p.110.

98. Excrementum ſeu fçces hæ nihil aliud ſunt, qvàm impurum domicilium ſpiritus nutrientis, non qvidem conſubſtantiales illi, ſed tantùm nativitatis comites, & ſorores uterinæ, & inſtar vehiculi ad locum diſtributionis illum portantis, ad complendam ibi digeſtionem & reqviſitam ſeparationem: ſic arbores habent maſſam excrementitiam, qvæ eſt ſpiritus hujus vegetantis conductrix, qvi illas facit creſcere. p.111.

99. Elementa talem inter ſe habent connexionem

hem & affinitatem, ut unum de altero participet, & unumqvodq; in altero ſuo ſocio inveniatur: qvia aliàs nulla poſſet invicem converſio fieri, & nulla ſympathia aut convenientia eſſet: p. 116.

100. Excrementa ſunt duplicia; 1. Aerea & combuſtibilia, qvæ in combuſtione malos, & non naturales odores pariunt, propter aduſtionem ſulphris unctuoſi & combuſtibilis, unde & fumi fœtidi exhalant, à qvibus fuligo aſcendit, corporum combuſtorum odorem, & excrementorum ſalis amaritudinem retinens: hi fumi etiam omnibus rebus, qvas tangunt, imprimunt nigredinem & obſcuritatem; maximamq; partem luminis & ſplendoris Naturæ impediunt: *hinc metalla perfecta, & lapides precioſi intenſo ſuo ſplendore magnam puritatem ſuam indicant, cum reliqua impuritatibus immerſa, ſecundum magis aut minus umbroſa conſpiciantur: Ita etiam lumen ſanitatis in corpore humano obſcuratur ab his fumis infectis, quia homo ſanus, ob diſpoſitionis internā claritatem, faciem claram habet, æger verò à primo morbi inſultu ſtatim pallet. p. 124. 122.* 2. Terrea, qvæ extraneum ſaporem præbent, ratione propriorum excrementorum ſalis, ex qvorum diverſitate ſecundum ſpecierum & locorum, in qvibus generantur, diverſitatem, ſaporum varietas oritur.

101. Actio vel effectus eorum duplex: 1. corruptio & deſtructio rerum omnium, qva vigorem actionum ſubſtantialium in omnibus rebus impediunt: qvia omnia excrementa, ſive in rebus,

bus,qvæ cõburuntur,ſeu ea,qvæ excernuntur ex corporibus per digeſtionem, fœtorem emittunt, qvi ſemper corruptionem præſupponit: unde Hippoc. omnes morbos ex aere aut alimentis provenire dixit: 2. Impedimentum tum penetrationis, tum fixationis, qvæ duæ ſunt actiones ad vitæ conſervationem maximè neceſſariæ, quia terreſtreitas impedit ingresſionem, & aduſtio fixationem. pag. 118.119.

102. Sapor omnis à ſale eſt, & pro ejus copia vel inopia intenſior, vel remisſior, plerumqve autem amarus: eſtq; vel 1. Externus & ſuperficialis, qui per infuſiones communes extrahitur, ordinariè amarus: vel 2. Internus & centralis, qvi rerum virtutem interiorem continet; eſtqve dulcis, rebus omnibus naturalis, qvo Natura gaudet, extrahiq; non poteſt, niſi per △em, & qvidem ingenioſo artificio, & eſt totius medicinæ perfectio. p. 122.

103. Sulphur eſt triplex: & vel ſeparabile, qvod vel 1. Externum, qvod per calcinationem & diſſolutionem perit, & eſt primum illud volatile & aduſtibile, planè extraneum, & primum △is alimentum: 2. Internum; qvod magis unitum, & in ſubſtantia radicatum eſt, neqve cedit, niſi maximæ △is violentiæ & continuationi: unde omnes aſſumit colores, anteqvam exeat per decoctionem, donec ad rubedinem perveniat: vel inſeparabile, qvod eſt Fixum, & propriè ſulphur Naturæ, & proprium ſubjectum ſubſtantiæ,

tiæ, cui Philoſophi agentis nomen, aut grani fixi, aut elementi △is in compoſito ſuo Phyſico tribuerunt. p. 133.

104. Vitæ conſervatio conſiſtit in penetratione & fixitate: qvia qvicqvid vitam nutrit & ſuſtentat, debet eſſe: 1. ſubtile, ut corpora per ſubtilisſimas partes penetrare, & inſtar balſami ſecreti, vitæ lumen in centro corporis latens, corroborare, & ejus ſubſtantiam augere posſit: 2. Fixum & ſtabile; quia aliâs ſingulis momentis mors nobis metuenda eſſet à corruptione: hinc omne verum medicamentũ duas proprietates habere debet: ſcil. ut ad centrum ſanitatis penetret; & centrum per totum corpus ipſum dilatando conſervet. p. 120.

106. Medicamenti cujusvis præparatio vera duas partes continet; puritatem & fixationem: qvæ non niſi △is operatione fiunt: qvia nullum corpus medicinale in prima ſua origine & forma exiſtens, fæcibus ſcil. immerſum, ad locum & ſedem ſanitatis pertingere poteſt, qvia ſubtili penetratione & fixa permanentia caret: *unde Medicina vulgaris contra morbos parùm virium habet, qvia fundamentum ejus in centro rerum non ſubſiſtit, ſed in ſola ſuperficie; & infuſiones rerum nihil aliud attrahunt, niſi paucam nitroſitatem, omnibus corporibus inſitam, cum fæcibus qvibusdam; non verò virtutem interiorem, ſed exteriorem ſaltem ſaporem, qvi tamen in centro ſuo alius eſt. pag. 121. 278.*

106. Me-

Cap. IV.

Spiritum adſcendere in cœlum, & deſcendere in Aquam.

109. Spiritus in corpore inſtar hoſpitis habitans, contagiosa ejus depravatione inficitur, dum illud per ſenſualitatem ad intemperantiam, veram corruptionem, & omnium membrorum debilitationem inferentem, quaſi trahitur: *Unde intemperantiæ dediti, & ſenſualitatum exceſſibus addicti, peſſimos quoq; mores induunt. p.137.*

110. Doctrina aut intelligentia qvæcunq;, homini ab homine ſolo communicata, incerta & confuſa eſt; qvia ordinarie laborat ignorantia & tarda reſolutione: ea autem, qvæ à lumine univerſali influit, clariſſima eſt, & fundamento immoto innititur: qvia abſolutè ſcire eſt rem per cauſas primas cognoſcere, nec unqvam certitudo in cauſis ſecundis eſt, donec ad earum originem ſit perventum. p.141.

111. Homo benè cognoſci non poteſt, ſine præcedente cognitione macrocoſmi, cujus hic effigies eſt; quemadmodum nec Macrocoſmus ſine ſcientia, unde & qvomodo ille factus ſit, p.142.

112. Cœlum, tanqvam perpetuus fons omnis inſtaurationis & perfectionis, ſua influentia continuè defluit in corpus terræ ad generandum in ea per ſuas influxiones ſpiritum durabilem & vivificantem, qvi in ſinu fæcundæ hujus matris corpus aſſumit, & virtutes ſuas per omnes mundi

partes manifeſtat & dilatat, diſtrubuendo illas ſingulis creaturis ſecundum exigentiam: *Unde vires peculiares per effectus ſuos in vegteabilbus, animalibus & mineralibus cognoſcendæ, quæ de hoc ſpiritu grnerali potentiſsimarum proprietatum infinitatem hanſerunt*: *pag.144.*

113. Natura ſeqvitur exemplar, divina manu deſignatum, in ſuis intentionibus perficiendis: unde qvemadmodum Autor regenerationis ad ſalutem de cœlo deſcendere, & ſervi formam aſſumere debuit, ita etiam ſpiritus hic generalis, conſervator corporum de cœlo deſcendit ad aſſumendam corporeitatem in terra. p.148.

114. Cognitio Creatoris petenda à creaturis ſimplicibus, & non à rebus remotioribus, ſed iis exqviſitorib⁹, qvæ vitam nobis & omnibus creaturis mortalibus imperriunt & conſervant. p.152.

115. Philoſophia vera & realis (qvæ eſt Gymnoſophia Indorum, Magia Ægyptiorum & Cabala Hebræorum) eſt ſcientia perfecta, & cognitio operum & ſecretorum naturæ, ad intimas usqve medullas ejus penetrans: reliqvæ verò omnes ſcientiæ populares & ſcholaſticæ, non ſunt niſi traditiones ventrem ſaginantes, qvæ ſimpliciter circa corticem inſipidum, & vanam rerum ſuperficiem repunt & ſtrepunt. p.199.101.

116. Mercurius eſt ſimpliciſſima pars tantum vaporis iſtius primævi, qvi internã ſuam ſubtilitatem & acuitatem nunqvam amittit, cujus natura eſt elevari & tendere ad perfectionem: *Unde*

ut

ut ſubſtantiam habet elevabilem, ita etiam habet fixabilem, illam qvidem innatam ex ſua natura, hanc verò qvamvis in centro ſuo habeat, ſive in potentia, per artem tamen effectum ſuum ſortitur: pag. 155.

117. Spiritus univerſalis à veteribus Poëtis appellatus eſt variis nominibus: ut

1. Demomorgon, antiqvus parens, & progenitor univerſalis omnium Deorum, aut omniũ potius membrorum mundi, qvem ajunt viridi chlamyde, ferruginoſa rubigine obducta, & tenebris obſcuris tecta, indutum, in centro terræ habitare, & omnes ſpecies animalium nutrire: (ubi per chlamid. intelligitur Terræ ſuperfic.)

2. Jupiter à Virgil. de qvo in Eclog. 3. Damæt. ait: Jovis omnia plena.

3. Pan, Deus ſylvarum, à paſtoribus cultus. tum qvia omne ſignificat; tum qvia ſylvarum Dominus, qvem Græci pro rectore hujus Chaos, qvod aliâs Hyle ſeu ſylva dicitur, coluerunt.

4. Saturnus, cœli & veſtæ (i.e. Terræ) filius, & maritus Opis ſororis ſuæ (i.e. virtutis illius juvantis & conſervatricis omnium) qvi infantes devorat, & poſtea revomit: cujus ſymbolum eſt ſerpens circulariter ſe incurvans, & caudam mordens, (qvi eſt virtus & natura ejus regenerans, per quam ſeipsũ reparat.)

5. Phœnix; ob eandem cauſam regenerationis.

6. Mercurius alatus: qvia natura ſua fugiens & volatilis eſt: cum caduceo, qvo cælum & terram aperit, & dat vitam & mortem.

7. Theriaca & venenum: i.e. Vita & mors, p. 182.

125. Finis fixationis tam naturalis, qvam artificialis eſt perpetuatio & conſervatio, qvæ fiunt mediante Tinctura, qvam ☿ius hac fixatione acqvirit. pag. 162.

126. Tinctura eſt rerum ſubſtantia pura, corpus verò non niſi excrementum, qvod poſt Tincturæ extractionem inutile, ſine virtute & corruptibile manet, non aliter, quam cadaver aliqvod. pag. 166.

127. Tinctura verè vita eſt, & vita nihil aliud eſt, qvam qvod cooperit, pingit, & corpus tinctura ea colorat, qvæ vitale illud eſſe demonſtrat, & qvæ cum morte perit & terminatur: *unde ſanguis, in qvo vita conſiſtit, rubro colore tinctus eſt: vegetabilia in ſuo vigore grata viriditate tincta ſunt: ita etiam in metallis perfectio aut imperfectio per colores eorum diſcernitur: pag. 162.*

128. Aurum in ſe habet virtutem Magneticam, qvæ cor humanum fulgore ſplendente tincturæ ſuæ trahit, in qua natura omnes vires ſuas impendit: ſed per graduationem ſupremam ab Arte perficitur, quam ſplendori naturali adjungit, & colorem aureum labore ſuo usq; ad ſummum gradum ruboris obſcuri exaltat; nnde poſtea tinctura ſua per projectionem metalla imperfecta exaltat & colorat. p. 163.

129. Aurum, quamvis metallum excellentiſſimum, tamen perfectionem ex ſe nullam, nec totalem conſervationem corporibus humanis communicare poteſt, prout deceptores & iner-

tes chymici ſuis ridiculis ſolutionibus ſophiſticis pollitici ſunt: qvia in ſummo illo rubore ejus acqviſito per artem, omnis completio perfectæ virtutis ad conſervandum & multiplicandum jacet. pag. 164.

130. Vita eſt res cœleſtis & divina, qva nihil exqviſitius & deſiderabilius, ſenſum, vegetationem & ſubſiſtentiam omnibus communicans, à vita generali mundi, qvæ à cœlo declinata eſt, ad accretionem & vivificationem rerum omnium, dependens; *qvia hæc nunqvam deficit, ſed multiplicationem ſuam in ſe ipſa continet, ut eam nobis communicare poſſit. pag. 198. 199. 200.*

131. Vita longa homini à natura denegata eſt, ſed Arte comparatur ab eo per Philoſophiam, qva ad ſummum ſecretorum naturæ gradum aſcendit, ſcil. reſtaurationem & prolongationem vitæ, ultra communem terminum ſuæ ſpeciei, in qva omnium Philoſophorũ finis & ſcopus principalis conſiſtit: hæc autem fit per illud, qvod eſt ejuſdem naturæ, imò ipſa vita; qvia res omnes ſuſtentantur ex eo, unde originem ſumunt, & extenſio ac prolongatio ejus per additionem & reſtaurationem fit, ut vacuum & inanitio vitetur: immortalem autem non reddit, qvia omne qvod maſſam corpoream, id eſt, excrementum & corruptionem in ſe habet, perpetuari non poteſt: ibid.

132. Alimenta vitam eatenus conſervant, qvia de vita univerſi participant, & in ſe particulam

qvan-

qvandam continent, qvam naturæ coqvuus attrahit & exprimit ad conjunctionem cum noſtra ſubſtantia: ſed qvia corruptionibus excrementitiis nimis immerſa eſt, nec perfecte fixa, impoſſibile eſt homini, per ſola alimenta vitæ longitudinem acqvirere. p. 200.

133. Vita poſt corporis depoſitionem libera exiſtens, verè refert vitam univerſalem magni mundi, cum qva iterum ſeſe uniens, in illa lætatur, tanqvam in ſua propria natura; qvia omne revertitur eò, unde exivit. p. 201.

134. Mors corporum eſt ſeparatio & diviſio ſpiritus à corpore, qvi dum ſentit ſulphur corrumpens, in omnia corpora tyrannidem exercens, ſibi jam dominari, atq; integre corpus occupare, cogitur loco cedere, & eo regredi, unde prodiit, relinqvens maſſam corpoream excrementitiam. p. 202.

CANONES SPECIALES,

Ad Praxin potiſſimum ſpectantes.

i. Ars Naturæ ſimplicem potentiam ſuperans, Eſſentiam naturalem ſive Primam & ultimam materiam rerum omnium, in Natura inviſibilem, apparere facit eadem via, eodemq; medio & inſtrumento, ſcilicet calore & igne. p. 113.

2. Subjectum Artis eſt vel Generale, ſeu Menſtrui & Medicinæ univerſalis, eſtq; Materia univerſalis, nondum ſpecificata, & Terra Virgo, qvæ proprie Materia prima appellari poteſt materiæ primæ metallicæ, & nihil aliud eſt, qvam ſpiritus primus & Generalis, qvi eſt communis parens, genitor & productor, generaliſſimum genus generum, & primum Naturæ Principium, primumqve rerum ſubjectum, ab Hermete adeo occulte traditum in ſua Tab. Smaragd. & à Lullio trans opere celebratum: vel ſpeciale ſive Lapidis & Elixiris metallici; eſtq; ſec. Bacon. Materia prima metallica, per Naturam præparata, compoſita & ſpecificata, ſuper qvam primas tantum operationes incepit per unionem & mixtionem proportionatam puri & vivi ☿ii cum ſimili ſulphure, in maſſam ſolidam congelati, qvorũ communis parens eſt ſpiritus univerſalis: Dicitur autem proprie ſubjectum Philoſophicũ, qvia de eo unico & ſolo omnes Philoſophi tot volumina ſub diverſis figuris & fabuloſis ænigmatibus ſcripſerunt. p. 158.

1. De

I. De Materia univerſali, cujus conſideranda.

1. NOmen: Diciturq; Uranogea, ſive Cœlum terrificatum: qvia ceu virgo à cœlo in utero terræ generata eſt; unde etiam virtutes ſuorum parentum connatas retinuit, & indiſſolubilis vinculi nexu conjunctas habet, earumq; mirabiles operationes videndas exhibet.

2. Natura & proprietas: eſt res una tantum, ſed duplicem habet naturã & conſiderationem:

1. Activam & vivificantem, ad conſervationem omnium corporum aptam: 2. Pasſivam, quæ de ſeipſa vivificare ſe & regenerare queat; unde dum in terra ſeſe in corpus convertit, nonmodo eſſentiam dat omnibus rebus, easq; generat, ſed etiam ex ſeipſo inſtaurationem & perpetuam plenitudinem haurit, dum in ſua minera nutritur & ſemper inſtauratur, ita ut quovis modo extracta, ſemper tamen iterum in eam formam *creſcat, qua fuit antea, & quocunq; loco projecta, & ſemel irradicata, nunquam ibi futura ſit ejus inopia, quantumcunq; etiam lavetur aut comburatur: quia repit per omnes partes terræ, per multiplicationem & vegetationem continue ſe extendens. hinc antiqui eam per ſerpentem ſignificarunt, quem Moſes ſuper terram repere, & de pulvere ejus ſe nutrire dixit; & à Cabaliſtis vocatur Princeps* ſepulchrorum, *quia corpora jacentia devorat & conſumit, dum in terram ea convertit, & qvod ea conſtituant ſedem ejus, ubi paſcitur & alimentatur: p. 78. 150. 173.*

3. Cognitio & indagatio; qvæ eſt difficilima, in qva horridæ ſpiſſitudines ſylvæ *nigræ* perrumpendæ ſunt, & ut Virg. ait, obſcurum terræ chaos feliciter ingrediendum: qvia actus eſt humanas cogitationes ſuperans, exhibere oculis videndam, & manibus tangendam Primam Materiam, qvam communiter omnes in omnibus ſeculis inviſibilem & incomprehenſibilem credidere & affirmâre, per effectus eam non laborantes inqvirere & cognoſcere: habet autem ſigna ſua propria, qvibus agnosci debet; qvorum 1. Vegetabilitas ejus ſumma, qva inſtar vegetabilium ſemper renascitur, ubicunq; etiam ſit, de qva jam dictum: 2. Reimprægnatio ipſius in aere, à virtutibus cœleſtibus, expulſo aut eloto ex ea ſpiritu, qvi in ea ſemper regerminat, ita ut lapillos qvosdam criſtallinos & lucentes ſcintillas iterum edat: p. 33. 3. Corpus terrenum manifeſtum, in qvod ipſe ſpiritus converſus & congelatus eſt in ſpongioſitate ipſius terræ, qvæ eo plena eſt (p. 54. 58.) in chao autem ſuo eſt ▽a amara, p. 62.

4. Præparatio: qvæ conſideratur vel 1. Generaliter; (in eaqve Autor dicit, ſe à via Lapidis Philoſophorum ad aliam ſemitam abſcedere p. 29.) Spiritus per Mortificationem regenerandus eſt; non qvod corpus ſuum amittat per combuſſionem & deſtructionem △is, aut per putrefactionem, ſed eo modo, ut in germinatione ſeminum putrefactio non annihilat, qvod in illis corporificatur; unde in exaltatione ejus poſt primum

mum gradum, (qvi per ſeparationem fit) omne illud, qvod *corporeum* & *ſpirituale* reſtat, fit volatile: qvia virtus ſublimatoria in eo fixatoriam adhuc ſuperat: tandem tamen fixum ſecum retinet volatile, actione caloris adjutum: p.152 166.

2. Specialiter, cujus 3. ſunt operationes:

I. Mortificatio, qvæ ſit per ſeparationem vel Extractionem Primæ Materiæ, & corporificationem ejus ad imitationem Naturæ, cum ſubtili artificio: qvatemcunq; enim puritatem mundi-tiem, & claritatem habere videatur, ſpiritus tamen magna ſordium terreſtrium qvantitate onerata obſervatur, qvæ non niſi magna induſtria auferri poteſt; qvia fæces iſtæ ipſi accreſcentes, nativitatis comites ſunt, & ſorores uterinæ, ratione commixtionis & concurſus elementaris; in profundo autem ſui ſemper pura eſt, ita ut poſt ejus purificationem etiam △is in illam nullam amplius habeat potentiam deſtructivam, qvia eum in perfectione & ſubtilitate vincit: p. 82.

Separatio autem iſta duplex eſt, partis ſcilicet Spirituoſæ & Corporeæ:

Prior eſt extractio ſpiritus puri & ſinu nutricis ſuæ ſive terræ in qva latet, levis & volatilis, qva expellitur ingenioſa methrodo & cũ magna patientia per temperamentum △is: quia aliâs facile cum parte ſeparabili, ſemper copioſiore, & in quantitate ſubſtantiam fixam vincente evaneſceret (p. 34. 55. 132.) vas autem non debet eſſe

Alem-

cipio purum ☿ij ſpiritum non ſatis adhuc firmũ, aſcendere faciat, relicta parte corporali, qvæ illũ tandem figere debet, per actionem ſulphuris ſui interni, adjuti ab externo, △e, qvod per decoctionem evaneſcit, tranſitq; per omnes colores ſec. ordinẽ à Philoſophus dictum; donec fiat ſulphur Naturæ fixum, ſummæ rubedinis papav. ſylv. qvod futile & non tamen tingit metalla, ſed tantum corpora humana. p. 64. 133. 167.

III. Inceratio, qva poſt peractam Fixationem materia iterum ſublimanda, per appoſitionem certæ cujuſdam portionis ſpiritualis (cujus ob id bona qvantitas habenda,) ut inde diſſolvatur, & plane ſpiritualis fiat, & à terra elevetur, & tum denuo per novam decoctionem eodem gradu caloris abſolvenda: qvæ ſolutio & coagulatio ſæpius reiterandæ, ut res melius uniantur, & per minimas partes miſceantur, & penetrationem acqvirant; atq; ſic per diſſolutiones ad cœlum adſcendit, & per coagulationes iterum in terram deſcendit: p. 169, 170.

5. Virtus: qvæ complectitur omnes vires cœleſtes & virtutes mundi; eſtq; ignis ſubtiliſſimus; unde penetrat ſubito corpora, qvibus applicatur, eaq; vivificat & augmentat in virtute, reſtaurando & conſervando in illis, qvod de ſua natura eſt, ſcilicet humidum radicale, qvod ignea ſua ſubtilitate purgat & vindicat ab excremẽtis connatis, illud ſuffocantibus, qvæ ſeparat: eſtq; Medicina vera, qvam Syrach è terra extractam eſſe dicit;

dicit; & ſal teræ, cui CHRISTUS comparabat Apoſtolos ſuos, Matth. 5. Atq; theſauro exqviſitiſſimo, à cœlis producto, cui nihil in toto mundo conferri poteſt in perfectione, tanqvam vero Elemento, qvod ab igne comburi non poteſt in die tremenda, ut Lullius ait: Spiritus autem ante ſuam coagulationem eſt res totius mundi maxime viva ac inflammabilis, & continue ardet, facile accenditur; unde etiam appellatur △a ardens, & ▽ vitæ, non vitis; & ad minimum △is contactum evanescit, editqve aperta ſigna mortalis veneni; unde Draco vigil & ignivomus appellatus: p. 186.

6. Fermentatio ejus, jam præparati, ut ſuperius dictum, fit cum butyro ſolari: qvia ex ſeſe idoneus non eſt ad duos excellentes effectus, transmutationis & reſtaurationis corporum ægrorum producendos, cum vere aliud nil ſit, niſi terra, in qva purum fermentum, à Natura productum, & ad perfectionem debitam promotum ſeminari debet. p. 186.

De Materia Lapidis.

1. GEneratio ejus (ſec. Herm. & omnes veros Philoſophos, qvi viam Regiam incedunt) fit per connubium & conjunctionem ☉lis illorum cum ☾a: ita Arnold. in Flore Floram: Sperma Philoſophorum non conjungitur corpori eorum, niſi mediante ☾a ipſorum; & hæc non

eſt

eſt argẽntũ vulgi, ſed vera Lapidis materia, qvæ in ventre ſuo congregat & inſeparabiliter retinet corp⁹, qvod eſt ☉ & ſperma, qvod eſt Mercurius.

2. Partes ergo Lapidis duæ ſunt: Una volatilis, qvæ forma vaporis elevatur, condenſatur, & in ▽am reſolvitur, vocaturq; Spiritus & Aer: Altera fixa; in vaſis fundo reſidens, diciturq; Corpus & Terra. Et de his etiam dictum Calidis intelligi poteſt; Mineræ rerũ radices ſuos in aere habent, caput autem & verticem in terra: Qvod Roſinus per aliud ejusdem Autoris explicat: Accipite res animarum ſuarum, & exaltate eas ad altiora loca (cucurbitos) & metite (colligite ▽am rerum dictarum per alemb. in recip.) eas in cacumine montium ſuorum (alembico) & reducite eas ad radices ſuas (facite, ut ▽a dicta reducatur in terrã, unde ſurrexit.) Eadem dicit Morienus: Tota operatio Sapientũ nihil eſt aliud, qvam extractio à terra & reductio ▽æ ſuper terram, donec terra putrescat: hæc enim terra putrefit cũ ▽a & mundificatur, qva exiſtente munda, auxiliante Deo, totum Magiſteriũ dirigetur & perficietur. p. 32.

Operationes Communes.

I. Mortificatio ſive Putrefactio eſt Diſſolutio corporis in antiqua ſua corruptione & origine, ut per eam ſeparatio inſtitui poſſit: eſtq; primus gradus ſcalæ & unica ſemita ad Regenerationes; qvia impoſſibile eſt qvidpiam renovari & regenerari, niſi per præcedentem mortificationem: Joh. 12. p. 102.

II. Se-

II. Separatio eſt diviſio & deciſio puri ab impuro, ſubtilis à groſſo, ſalutaris à deſtructivo, eo fine, ut res omnes inferiores, veneno & excrementis infectæ & ſepultæ, qvæ mortificationem generant, & earum actiones impediunt, liberentur: (pag. 100.) Medium ejus eſt duplex, △is & ▽a, qvorum beneficio omnes ſeparationes fiunt, qvemadmodum non ſunt, niſi duæ res ſeparabiles in omnibus corporibus, una per △em, altera per ▽am:

△is natura eſt conſumere & deſtruere omne id, qvod combuſtibile eſt, & devorare omne id, qvod volatile & aereæ qvalitatis eſt: ejus autem ſpecies ſunt 3.:

1. Calcinatio, qvæ ſervit ad res duras & rebelles devincendas, propter continuitatem & fortem compoſitionem, qvæ impedit, ut ſeparationem non admittant: Unde 4. ſeqvuntur effectus & utilitates: 1. Combuſtio ſulphuris impuri & fœtidi: 2. Separatio facilior ſuperfluæ & extraneæ terreſtreitatis: 3. Fixatio ſulphuris interni: 4. Diſſolutio promptior. p. 127.

2. Sublimatio; qvæ inventa eſt, loco calcinationis violentæ per extremum △is grudu, in qvo parum cum fæcibus absq; ullo ſeparationis aut purificationis progreſſu evolat: unde hæc magis ſecura eſt, niſi in ſubjectis, ſua natura fæces fixiores habentibus: (pag. 128.) Propriè autem ſec. verum ſenſum Philoſophorum, nil aliud eſt, qvam per-

perfectio, & materiæ ab imperfectione ad perfectionem exaltatio. pag. 154.

3. Deſcenſio, qvæ uſum duplicem habet: 1. Ut oleum ſine combuſtione ex vegetabilibus extrahatur: 2. Ut corpora fuſibilia mundificentur, anteqvam volatilia reddantur: p. 129.

▽æ natura eſt Lavare & Mundare ſubſtantiam ab impuritatibus, & omne id dividere, qvod terreſtre ac groſſum eſt: ejus ſpecies duæ ſunt:

1. Deſtillatio, ſeu Filtratio, qvæ fit per inclinationem & filtrum, ut limpiditas corporum cum ▽a, in aqvam diſſolutorum prodeat; Ea verò, qvæ per Alembicum fit, ad ſublimationem pertinet: pag. 129.

2. Diſſolutio, qvæ fit per calorem humidum & moderatum, qvalis eſt fimus eqvinus, B. M. vapor ▽æ bullientis; aut per infuſionem in aqva; aut per inhumationem in locis humidis: Finis ejus eſt reductio rerum calcinatarum in ▽am, ut per hanc liqvefactionem in filtratione terreſtris fæx in fundo vaſis reſideat.

[NB. *Harum operationum patiens reiteratio fere in omnibus rebus neceſſaria eſt: qvia per continuam calcinationem ſimpliciores & meliores partes compoſiti, qvæ ſalis eſſentiam habent, & tanto ſtudio quæruntur, intemperata & aſſidua flammæ violentia aufugerent, remanente pauca materia ſolubili, cum magna qvantitate fæcum.*]

III. Re-

III. Regeneratio, qvæ eſt ſubſtantiæ à maſſa corrumpente totaliter ſeparatæ, per viam Naturæ, ſcilicet digeſtionem & ſublimationem, ad ſummum gradum puritatis evectio, qva novam formam acqvirit, exuta prima ſua natura, qvalitatibus & proprietatibus, & mutatur in ſpiritum, puritate plenum, humidum ac frigidum in calidum & ſiccum: p. 101.

IV. Fixatio eſt Ligatio & conſervatio ſpiritus fixabilis per conjunctionem cum re homogenea & naturæ ſuæ integre conveniente, qvæ illam in △e calcinationis retinere poſſit, longa & ingenioſa digeſtione perficienda, ut mors (cujus proprium eſt dividere) ea non tam facilè intrare poſſit, utpote firmiter colligata, & forti digeſtione unita: hanc autem perfectionem Natura attingere non poteſt, unde Ars illam imitans & ſuperans per propriæ viæ curſum eam perficit: pag. 156.

Ejus conſid. 1. Finis, qvi duplex: 1. Perpetuatio & conſervatio, qvæ fiunt mediante Tinctura, qvam ☿ius hac fixatione acqvirit, cujus mater eſt calor; idq; tam apud Naturam, qvam artem. 2. Separatio & extractio ſulphuris volatilis & combuſtibilis Mercurii, qvod in centro ejus eſt; id qvod non fit, niſi longa actione △is continui. pag. 162. 167.

2. Modus & gradus, (in qvo totius operis completio conſiſtit:) qvi eſt, ut levia & fugitiva in △e

pru-

prudenter conſerventur, ut patienter & pedetentim illum ferre aſſueſcant, donec ultimum & violentum tandem △is augmentum ſuſtinere poſſint, qvod fixationem infert: qvia ſi nimia præcipitantia adhiberetur, ſpiritualitas ſpecialis, Tincturæ mater, evolaret, relicto corpore exanimato. pag. 165. 166.

Mantiſſæ loco.

PAracelſ. l. de vir. membr. c. de hepat. Eſt etiam liquor Alcaheſt. Primò argentum vivum, quod [a] Alcaheſt vocant, debet per ſe in [b] liquorem verti & tunc eſt primum [c] Ens Mercurii: deinde in ovo philoſophico clauſo per ſe coaguletur, reſolvatur & congeletur, id quod fit magno labore & longo tempore: coagulatus iterum reſolvendus & coagalandus in formam transmutationis.

a. fors Librariorum incuria ex ALBACHEST, *quod Arabibus Mercurium Philoſophorum ſonat, teſte Pantheo & Thurnheuſ. Alcaheſt factum.*

b. Liquor communiter ex ☿*o, ſulphure & ſale conſtat. vide Parac. Chirur. magn. p. 2. cap. 14. Liquor Alcaheſt autem conſtat ex ſpiritu mercuriali & ſale proprio. Sulphur enim compar ejus eſt, à quo ſolo coagulationem accipit metallicam. Vide Ripleum.*

c. Archidox. l. 5. c. de Mercur. Vitæ: & de reſtatur.

Ex his judicioſo Lectori ſatis patebit, quid de menſtruo regio, quod pro Liquore quodam alcaheſtino J.R. Glauberus venditare non erubuit, ſit ſtatuendum. Ipſe Baſilius Valentinus, anti-

antiquæ virtutis & fidei philoſophus, menſtruum hoc vah, regium quia ex regulo antimonii ſtellato fit, ſive aquam igneam Mercurium philoſophorum eſſe negat. vide Tanck. in curr. triumph. antimon. pag. de reg. ſtellato.


De ſpiritu ſalis ex mineris auriferis ſulphur tale extractivo vide Thurnh. alchym. magn. l. 2. c. 27. ſuperioris ſeculi, non Glauberi inventum eſt.

Æquitatis eſt, ſuum cuiq; tribuere.

Sal circulatum eſt fragrantisſimum, inſtar lanæ ſubtiliter carptæ, aut nivis rarioris ſublimatum, vix intra digitos palpabile, candidisſimi coloris & ſaporis ſalini penetrantisſimi, maximè volatile & temperatiſſimo aëri attractile, verus naturæ ignis, ignea aqua ſicca, non madefaciens manus, qua omnia corpora fiunt ſpiritus, & vice verſa. Hoc ſal eſt clavis univerſalis totius naturæ, eſt ſpiritus vitalis & omniformis, vivificus & mirificus ignis, omnia corpora comburens & in materiam primam reducens, ut iterum germinent, reſurgant & glorioſa fiant. Aqua-Ignis æterna, viſcoſa lactea, virgo, liquor Albacheſt. ſufficit.

FINIS

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE


⊙ — 3
6
1½
2
4
1